


TEXTS

2

MEDICORVM GRAECORVM

O P E R A

QVAE EXSTANT.



EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

VOLVMEN XVI.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. XVI.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1 8 2 9.





PRAEFATIO.

Qui hoc ipſo volumine continetur, Galeni commentarius in Hippocratis de humoribus libellum a me e bibliothecae reg. Pariſienſis codice graece nunc primum editur. Cujus quidem codicis apographum mecum benevole communicavit Generoſiſſimus Eques DE MERCY, medicae facult. Paris. D. et medicinae graecae Profeſſor, cujus inſignem erga me humanitatem abhinc decem annos celebravi, cum in programmate, quo panegyris academica ob ſummos in arte medica honores in FR. AUG. LANDMANNUM conferendos indicebatur, ſpecimen commentariorum illorum ederem. Cum autem ejusmodi libelli academici vix ultra anguſtos limites illius literarum univerſitatis, in qua in publicum prodierunt, divulgari ſoleant, nec ego hoc programmate *Opuſcula* mea *academica* onerare velim, liceat huc transferre, quae olim de hoc codice ad lectores retuli, iisque inſerere, quae antea editis addi poſſe puto.

Librum περὶ χυμῶν, qui inter Galenicos reperitur (to. III. ed. Chart. p. 150—153.), a Galeno haud conſcriptum eſſe inter omnes conſtat, nec opus eſt, ut ea repetam, quae hac de re ACKERMANNUS in Fabric. *bibl. graec.* to. V. p. 449. (in Lipſ. Galeni edit. t. I. p. CLXIII.)

recte monuit. Diverfus autem ab edito hocce libello extabat in bibliotheca Coislin., de quo expofuit MONTE-FALCONIUS in catal. illius bibliothecae, P. II. p. 448., cujus tamen initium, quod tamen alias fieri folet, non additur. In bibliotheca Caes. Vindob. continetur alius quoque codex, isque inter graecos XXVIII., infcriptus *Γαληνοῦ περὶ χυμῶν ἐκ τῶν Ἱπποκράτους*, de quo NESSELIUS P. III.) p. 39. expofuit. Cujus quidem initio, a NESSELIO defcripto: *Κόσμος ἐκ δ' στοιχείων συνέστηκε, πυρὸς, ἀέρος, γῆς, ὕδατος· συνέστηκε δὲ ὁ κόσμος ὁ μικρὸς ἐκ δ' χυμῶν* etc. fi reliqua refponderint, omnino diverfus eft uterque libellus exiftimandus. Sed nec hunc verum Galeni puto foetum.

In Hippocratis de humoribus librum aliquoties commentatus eft Galenus. Nam *comment. II. in libr. III. Hippocr. epidem.* text. I. p. 578. to. XVII. ed. Lipf. narrat, intra paucos dies confectum fubito effe commentarium in Hippocratis laudatum libellum: *μετὰ δὲ τοῦτο τοῦ περὶ χυμῶν ἐξήγησιν ἐποιησάμην διὰ ταχέων ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, ἐπειγομένου πρὸς ἀποδημίαν παρακαλέσαντος αὐτὸ γραφῆναι.* Ab hoc brevi commentario, qui graece cum latina NIC. VIGOREI verfione hoc titulo prodiit: *Ἱπποκράτους περὶ χυμῶν. Hippocr. Coi lib. de humorib. Galeni in eund. libr. comm. graece nunc prim. in lucem edit. idque c. lat.* N. Vigorei *interpr.* Lutet. 1555. 4., a me nondum vifus, diverfi omnino funt tres commentarii copiofiores, qui nunc primum graece mea opera prodeunt. Quos quidem ab ipfo GALENO *de facult. natur.* II. c. 8. to. II. p. 107—125. *ed. laud.* et *de plac. Hipp. et Plat.* VIII. 5. to. V. p. 679. ff. laudari auctor quidem eft GRUNERUS *cenfur. libr. Hippocr.* p. 113., fed ego in utroque loco nihil horum reperire potui. Legi in FABRICII

bibl. graec. to. II. p. 568., exſtare verſionis latinae, a RASARIO factae, editionem, hoc titulo inſignem: GALENI *in* HIPP. *libr. de humor. comm. III. Ejusd. ſex reliqui comm. in VI. de morb. vulgarib. libr. itemque VII. et VIII. latin. donat.* Jo. BPT. RASARIO *interprete.* Ven. 1562. 8., quae num eadem ſit, qua CHARTERIUS uſus eſt, nunc definire haud poſſum. Nam hic, qui alias ſemper nominare ſolet verſionum ſuarum auctores, de hujus verſionis auctore penitus ſilet. Nec mihi haec contigit felicitas, ut oculis meis RASARII verſionem luſtrare atque cum Charteriana conferre poſſem, quoniam omnes, quas de illo libro adii, publicae et hujus urbis et exterae bibliothecae eo carent. Nam quamquam ex Amiciſſimi Viri DE MERCY literis cognoveram, hanc RASARII verſionem in Reg. bibl. Paris. exſtare, tamen Vir ille Eruditiſſimus me certiorem non fecit, an Raſarii verſio cum Charteriana conveniat, nec ne.

Sunt autem, qui hos tres in Hippocratis libellum de humoribus commentarios a Galeno conſcriptos eſſe propterea negent, quoniam pag. 37. locus ex Thaletis libro ſecundo *περὶ ἀρχῶν* in iis occurrat, quum ipſe Galenus in Hippocratem *de nat. hum.* to. XV. p. 69. fateatur, ſe ſententiam de rerum omnium ex aqua ortu ex libro Thaletis oſtendere haud poſſe. Hos autem libros *περὶ ἀρχῶν* a Thalete vere conſcriptos eſſe, MENAGIUS ad *Diogen. Laërt.* I. 27. p. 16. propterea negat, quoniam praeter Galenum (*comm. in Hippocr. de humor.* p. 37. to. XVI.) nemo illorum meminerit. Sed ſi hoc argumentum rem extra omnem dubitationem poneret, ſatis magnam librorum, qui non niſi ſemel et ab uno tantum ſcriptore laudati ſunt, copiam ab antiquis, quibus tribui ſolent, auctoribus omnino non ſcriptam, ſed a recentioribus confictam fuiſſe

concedere deberemus. JAC. MENTELIUS, medicus quondam Pariſienſis, qui ſpecimen codicis ſui, tres illos Galeni commentarios continentis, cum Menagio communicaverat, *l. c.* exhibitum, eosdem inter genuinos Galeni libros referendos eſſe cenſuit. Potuiſſe enim putat Galenum, conſcripto prius commentario in Hippocratem *de nat. hum.*, ſerius nactum eſſe Thaletis de elementis librum, e quo in commentarium primum in Hippocratem *de humor.* locum illum de omnium rerum ex aqua transtulerit origine. Utroque autem Galeni loco accuratius conſiderato, patebit, alterum alteri minime contradicere. Etenim Galenus *to. XV. p.* 69. nihil aliud dicit, quam hoc: operae pretium non eſſe, eorum quaerere nomina, qui primi ejusmodi ſententias abſurdas protulerint: nam omnes quidem hoc credere, etiamſi e ſcriptis Thaletis non conſtet, eum aquam unicum habuiſſe elementum. Atque hoc veriſſime dixit. Nam in eo loco, quem in comm. in Hippocr. de humoribus p. 37. ex Thalete affert, non negatur, plura eſſe *στοιχεῖα*, ſed aqua dicitur *πρῶτον καὶ ὡσανεὶ μόνον στοιχεῖον*, quoniam reliquis omnibus admixtum eſt, quia per aquam ex reliquis elementis fiunt omnia *τὰ ἔγκοσμα*. Thaletis ſententiam recte intellexiſſe Galenum e ſequentibus apparet.

Codex mſtus, cujus apographum exhibeo, ſignatus no. CLXIII., olim CXXIV., bombycinus eſt, foliaque habet 144. formae maximae, ſcriptus Patavii anno 1560. *ἐκ τοῦ κατορθώματος τοῦ ἐνδόξου ἀνδρὸς Θεοδωρίκου τοῦ Φλορεντίνου* ab Andr. Tarmario, Epidaurio, qui et teſte MONTEFALCONIO in *Palaeograph.* p. 94., Darmarium ſeſe interdum vocat. Hunc codicem mſtum contulit Generoſiſſimus DE MERCY cum duobus exemplis, altero in bibliotheca facultatis medicae Pariſienſis aſſervato, tantum co-

dicis bibliothecae regiae apographo, altero bibliothecae Coislinianae No. 163. et utriusque varias lectiones diligenter notavit, illas ſiglis M. R. ſive Ms. R., has M. Sg. ſive Sg. ſuoque exemplo una cum locis et Hippocratis, ad quos Galenus in commentariis hiſce reſpexit et Galeni ipſius, qui ſuos libros quavis occaſione commemorat. Quae quidem omnia in exemplum, quod typis exſcribi debebat, Carolus Guil. Fickelius, medicae artis diſcendae ſtudioſiſſimus et ſuae graecae linguae cognitionis aſſidua ſcriptorum antiquorum, inprimis medicorum lectione in dies magis augendae admodum cupidus, transtulit, interpoſito ſubinde ſuo ipſius de variis Galeni locis judicio. Mirum omnino mihi videtur, Charterium, quod non niſi latinam illorum commentariorum verſionem exhibuerit, hac uti excuſatione, id graeci textus penuria factum eſſe. Nam bibliotheca regia, cujus codices mſtos excuſſit, quatuor horum commentariorum exempla continet, no. 2156. olim Trichetianum, 2158. 2177. quondam domini de Gaignieres, quod ſi omnino ad hos commentarios pertinet, de quo aliquem dubitandi locum eſſe catalogi auctores affirmant, non niſi fragmentum illorum offert, denique no. 2760. olim Tellerianum, cui accedit latina Nic. Vigorei, medici Melodunenſis, interpretatio, unde concludo hunc Tellerianum codicem non niſi brevem Galeni commentarium, de quo in antecedentibus dictum eſt, continere. Omnes hi codices cum ſint chartacei, differunt ab eo, cujus apographum Generos. de Mercy mecum communicavit, qui bombycinus eſt. Idem cum alio ejusdem bibliothecae codice locum habere videtur, e quo verba quaedam Celeb. Coray ad Hippocr. *de aëre, aqua et loc.* to. II. p. 147. attulit, emendavitque. Hic enim codex, no. 5491. ſignatus, duas affert voces, a Corayo correctas,

ſic, ut emendatione opus non ſit. Jac. Mentelii ſupra laudatus codex differre quoque a meo apographo mihi videtur. Nam in illo de Thalete loco p. 37. lin. 12. pro *Θαλῆς μὲν* liber Mentel. habet *Θαλῆς μὲν οὖν*, lin. 16. pro *πολυθρύλητα* Ment. *πολυθρύλλητα*, et pro *ὕδωρ εἶναι* inverſo ordine *εἶναι ὕδωρ*, denique lin. 17. omiſit Mentel. *τε* poſt *σύγκρισιν*.

Codex, cujus apographum typis exſcribendum curavi, multas easque, inprimis verſus finem, offert lacunas. Quapropter optandum eſt, ut alii codices integriores inveniantur. Exſtare in bibliotheca Ambroſiana, quae Mediolani eſt, codicem commentariorum III. Galeni in Hippocr. de humor. legi quidem, ſed nihil certi de eo habeo. De hoc igitur codice et quatuor allatis bibl. reg. Paris. exemplis, an iisdem aut vitiis aliisve laborent videant, qui illos manibus tractare poterunt. — Addita meo exemplo ſunt plura, quae a Galeno minime profecta eſſe poſſunt. Religioſe ea ſervavi, ne mihi vitio vertatur, quod codicem manuſcriptum non ita, uti vere eſt, exhibuerim; ut autem tanquam ſpuria primo ſtatim intuitu agnoſcantur, uncinis illa includenda, latinamque interpretationem literis obliquis exſcribendam curavi. In hiſce laciniis, Galeno adſutis, interdum loca occurrunt, ſive auctoris ipſius, ſive deſcribentium vitio ita corrupta, ut ſenſus nullus inde elici poſſet. Quamobrem horum interpretatio ad verbum facta eſt.

Scribebam Lipſiae nund. vernal. A. R. S. cIↃIↃcccxxix.

CONTENTA TOMI XVI.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΤΟ Α.

Ed. Chart. VIII. [508.]

Διεφώνησαν πρὸς ἀλλήλους οἱ παλαιοὶ ἐξηγηταὶ περὶ τούτου τοῦ συγγράμματος. ὁ μὲν γὰρ Ζεῦξις καὶ Ἡρακλείδης ὅλως ἀπὸ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους βιβλίων τὸ περὶ χυμῶν ἀποβάλλουσιν· ὧν ὁ μὲν Ζεῦξις καὶ μετ᾽ αὐτοῦ Ἡρακλείδης εἰς πάντα τὰ βιβλία Ἱπποκράτους γέγραφε· Γλαυκίας δὲ καὶ ἄλλοι Ἱπποκράτειον μὲν τοῦτό φασιν εἶναι, ἀλλὰ μὴν οὐ

HIPPOCRATIS DE HUMORIBUS LIBER ET GALENI IN EUM COMMENTARII TRES. I.

[508] Prooemium. Maxima fuit inter priſcos Hippocratis interpretes de libro, qui de humoribus inſcribitur, diſſenſio. Zeuxis enim et Heraclides, qui in omnia Hippocratis opera commentarios conſcripſerunt, ipſum eſſe a veris Hippocratis libris omnino rejiciendum exiſtimant. Glaucias autem et alii hunc quidem librum ad Hippocra-

τοῦ μεγάλου, οὗπέρ εἰσιν οἱ ἀφορισμοὶ τά τε ἄλλα περὶ ὧν ἡμεῖς ἐν τῷ περὶ δυσπνοίας διήλθομεν. τοῦτο μὲν βούλονται οἱ περὶ Διοσκορίδην καὶ Ἀρτεμίδωρον, τὸν ἐπικληθέντα Καπίτωνα, οἳ πολλὰ περὶ τὰς ἀρχαίας γραφὰς ἐκαινοτόμησαν. εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλους τινὰς, ὧν οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν δόξαν. οὗτοι μὲν γὰρ τὰ μὲν εἶναι, τὰ δὲ οὐκ εἶναι Ἱπποκράτους ἐνταῦθά φασι. πολλὰ γάρ ἐστιν εὑρεῖν εἰς βραχυλογίαν ἐσχάτην ἐσφιγμένα, τινὰ δὲ πλεῖον ἢ ἔθος τοῦ παλαιοῦ ἐκτεταμένα. διὸ ὅσα αὐτῶν τάξιν ἔχειν καὶ τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ αὐτοῦ παλαιοῦ λελεγμένα θεωροῦσι, ταῦτα μὲν οὕτως ἐξηγοῦνται, ὡς ἀληθῆ καὶ γνήσια· ὅσα δὲ ἢ συγκεχυμένα ἢ μὴ τάξεως ἐχόμενα ἢ ἄλλως πως προτιθέμενα, ταῦτα εἶναι παρεμβεβλημένα πάντως λέγουσι. τινὲς μὲν γὰρ καὶ πάνυ παλαιῶν βιβλίων ἀνευρεῖν ἐσπούδασαν, πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμμένα. ἅπερ ἐγὼ παρὰ τοῖς πρώτοις ἐξηγησαμένοις κατανοῆσαι προὐθέμην, ὅπως ἐκ τῶν

tem auctorem referunt, non ad magnum tamen illum, cujus sunt aphorifmi et caetera, de quibus nos in libris de difficultate refpirationis differuimus: quam etiam fententiam Diofcorides et Artemidorus, cognomento Capito qui dicebatur, a quibus multa in veterum fcriptis innovata funt, habuerunt: alios vero etiam comperias, quorum non facile fit pernoffe fententiam. Ii enim quaedam effe Hippocratis, quaedam non effe hoc in libro concedunt, propterea quod multa ad fummam redacta brevitatem, quaedam longiore explicata oratione quam effet in fenis noftri more pofitum invenirent. Quamobrem quae ordine et ea dicendi ratione, qua uti ipfe folet, propofita effe perfpiciunt, ea illi ita explanant, ut vera atque propria: quae confufa et fine ordine aut alio modo quodam dicta intuentur, ea interjecta effe prorfus contendunt. Quidam etiam perveteres invenire libros vel trecentos jam abhinc annos defcriptos magno ftudio funt conati, ut quae depravata effe videbantur emendarent. Quae omnia apud eos, qui primi in hunc librum explanationes ediderunt, effe animadvertenda exiftimavi, ut plurimorum et proba-

Ed. Chart. VIII. [508. 509.]

πλείστων καὶ ἀξιοπιστοτάτων εὕροιμεν τὰς γνησίας γραφάς. καί μοι τὸ πρᾶγμα κρεῖττον τῆς ἐμῆς εὑρέθη ἐλπίδος. διὰ τοῦτο συνεπῆλθέ μοι θαυμάζειν τὴν τόλμαν τῶν ὑπομνηματογραφόντων, οἳ ὀφείλοντες διδάσκειν τὰ χρησιμώτατα τοῖς ἀρχομένοις μανθάνειν τὴν ἰατρικὴν τέχνην τἄλλα πάντα μᾶλλον ποιοῦσι καὶ πολλὰ φλυαροῦσιν. ἀλλὰ ἐπεί τινες λέγουσι τουτὶ τὸ σύγγραμμα εἶναι ἢ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος τοῦ Ἱπποκράτους ἢ τοῦ Πολύβου τοῦ γαμβροῦ, ὧν αἱ γραφαὶ τῆς Ἱπποκράτους τέχνης εἰσὶ καὶ οὐ πόῤῥω αὐτῶν οὐδ᾽ ὅσα δοκεῖ μὲν Εὐρυφῶντος εἶναι, φέρεται δὲ ἐν τοῖς Ἱπποκράτους, ἐάν μοι σχολὴ γενήσεταί ποτε πλείων, συγγράψω ὑπόμνημα ἐξηγούμενον ὅσα γνήσια καὶ ὅσα νόθα τῶν βιβλίων. ὡς καὶ περὶ τῶν βιβλίων τῶν ἐπιδημιῶν ἐν τῷ περὶ δυσπνοίας ἐποίησα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τρίτον οὐ μόνου ὑφ᾽ Ἱπποκράτους συγκεῖσθαι δοκεῖ τοῖς ἄριστα περὶ τούτων ἐγνωκόσιν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν πραγμάτων θεωρίᾳ καὶ οἰκειότητι συνῆφθαι πρὸς ἀλ-

tiſſimorum librorum ope adjuti veras lectiones inveniamus, ac res melius quam ſperaram mihi ſucceſſit. Quocirca ſubit mihi audaciam eorum, qui commentarios conſcribunt, admirari, qui quum debeant utiliſſima quaeque docere eos, qui nuper ad medicinam perdiſcendam animum adjungunt, alia potius faciunt omnia atque in nugis multum operae temporisque conſumunt. Sed quoniam ſunt qui velint hunc librum a Theſſalo Hippocratis filio aut a Polybo ejus genero confectum eſſe, quorum uterque ſuis in ſcriptis artem et ſen- [509] tentiam Hippocratis ſequutus eſt, neque remota ab his cenſentur, quae ab Euryphonte ſunt litterarum conſignata monimentis, ſi unquam majus otium nanciſcar, commentarium profecto conficiam, in quo qui veri quique ſpurii libri Hippocratis ſint exponam, quemadmodum de libris qui ſunt de morbis vulgaribus in commentariis de difficultate reſpirationis fecimus, quum explicaremus, primum librum, ſecundum et tertium non ſolum ab Hippocrate confectos exiſtimari ab iis, qui ſunt in hiſce rebus praeſtantiſſimi, ſed etiam rerum tractatione et proprietate inter ſe connexos

Ed. Chart. VIII. [509.]

ληλα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχειν δέδεικται καὶ τὰ κατὰ τὸ τέταρτον καὶ τὸ ἕκτον. ὡμολόγηται γὰρ οὖν ἤδη καὶ ταῦτα συνθεῖναι Θεσσαλὸν τὸν Ἱπποκράτους υἱὸν, τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐν διφθέραις τισὶν ἢ δέλτοις εὑρόντα ὑπομνήματα προσθέντα δὲ καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα. τὸ δὲ πέμπτον καὶ ἕβδομον οὐκ ἄν τίς μοι δοκεῖ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης οἰκείας ἀξιῶσαι, κατ' ἐμὴν δὲ γνώμην, οὐδὲ τὸ τέταρτον. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ἀρκτέον ἤδη τῆς ἐξηγήσεως.

α'.

Τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν ὥσπερ ἀνθέον.

Τὰ μὲν πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων οὕτως ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως, ἔνια δὲ ἀντὶ τούτων τάδε· τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅπου οὐκ ἔστι ταραχὴ αὐτῶν, ὥσπερ τῶν ἀνθῶν

judicari, eandem quoque rationem esse eorum, quae in quarto sextoque habentur, demonstratum est, quos sane libros a Thessalo, Hippocratis filio compositos esse constat inter omnes, qui quum patris commentarios quibusdam in membranis aut tabulis exaratos comperisset, non pauca ipse de suis adjunxit. Quintum autem et septimum nemo, opinor, est qui dignos vera ac propria Hippocratis mente atque sententia judicaturus videatur, atque, ut ego quidem censeo, ne quartum quidem. Sed haec missa faciamus et jam ad libri nobis propositi explanationem aggrediamur.

I.

Color humorum, ubi non reflui sunt humores, similis efflorescit.

In plurimis veteribus libris ita ut nos attulimus hujus orationis initium scriptum invenimus, in quibusdam vero loco eorum, quae hic vides, haec scripta sunt: *Color humorum, ubi nulla est ipsorum perturbatio, ut in*

Ed. Chart. VIII. [509.]
ἐν διαδοχῇ τῶν ἡλικιῶν ὑπαλλάττεται. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὐκ εἶναι τοῦτο τῆς Ἱπποκράτους ἑρμηνείας, ἀλλὰ συγκείμενον μετὰ διασκευῆς, ἵνα τοῦτο βιβλιαρίδιον, ὅπερ κατ' αὐτὸ μικρόν ἐστι, μεῖζον φαίνηται. ἐν γὰρ τῷ κατὰ τοὺς Περγάμου τε καὶ Ἀλεξανδρείας βασιλέας χρόνῳ, πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως τῶν βιβλίων, ἡ περὶ τὰς ἐπιγραφὰς καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀναφέρουσιν οἷς τοὺς βασιλεῖς ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα· ὥσπερ ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων καὶ ἄλλων πολλῶν πεποιῆσθαι σημαίνουσα. εὐκαταφρόνητον γὰρ τοῦτο εἶναί τις δόξας διὰ τὴν σμικρότητα εἰσήνεγκε πολλὰ, ὡς μέγα γίγνεσθαι. Διοσκορίδης δὲ εἰκάζει εἶναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν Ἱπποκράτους τοῦ Θεσσαλοῦ υἱέος. δύο γὰρ υἱοὶ οὗτοι γεγόνασι τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους, Θεσσαλὸς καὶ Δράκων, ὧν ἑκάτεροι πάλιν Ἱπποκράτεις ἐγέννησαν. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν εἰρημένα. προσήκει δέ που καὶ ἡμῖν ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτῶν, ἑκάστην τῶν λέξεων

floribus, in aetatum successione commutatur. Sed hoc mihi non videtur esse Hippocraticae dicendi rationis proprium, imo vero potius affixum ab alio, ut hic libellus, qui per se ipse parvus est, major videretur. Quo enim tempore Pergameni Alexandrinique reges inter se de libris sibi comparandis certatim contendebant, eo ipso tempore ab iis, qui pecuniarum causa ad reges clarorum hominum scripta afferebant, et inscriptiones et confectiones librorum depravari coeperunt, quemadmodum in libro de natura humana et de ratione victus in morbis acutis et aliis plerisque usu venisse demonstravimus. Nam quum hunc librum ob parvitatem despici facile posse quispiam existimaret, multa plerisque in locis, ut magnus redderetur, interjecit. Dioscorides autem existimat hanc dictionem esse Hippocratis Thessali filii, si quidem magnus Hippocrates duos habuit filios, Thessalum et Draconem, quorum uterque filium nomine Hippocratem suscepit. Atque haec quidem de ipsa dictione. Nunc vero par est

Ed. Chart. VIII. [509.]
ἰδία προειρησαμένοις. τὸ χρῶμα, φασὶ, τῶν χυμῶν τὰ τῶν κράσεων γνωρίσματα ἐκ τοῦ χρώματος γίγνονται. τὸ αὐτὸ τὴν ποσότητα τῆς βλάβης σημαίνει, ὥσπερ εἰ τὸ ἕλκος ξηρὸν ᾖ πάντως τῇ ἀῤῥωστίᾳ τῆς τρεφούσης τὸ σῶμα δυνάμεως, χρόα οὐδεμία διὰ παντὸς αὐτῷ γενήσεται. ἀλλὰ παρά τε τοῦ διαφερόντως ἔχειν τὰ σώματα πρὸς ἄλληλα τοῖς χυμοῖς καὶ παρὰ τὸ ποσὸν τῆς βλάβης ὑπαλλαχθήσεται. καὶ τότε τῶν χολωδῶν ἐπικρατούντων ὠχρὸν ἔσται τὸ χρῶμα. τῶν δὲ μελαγχολικῶν ἤτοι πελιδνὸν ἢ κατὰ τὸ ἕτερον τῶν σημαινομένων χλωρόν. τὸ γὰρ χλωρὸν σημαίνει ἐνίοτε ταυτὸν τῷ ὠχρῷ, ἐνίοτε δὲ τὸ οἷον ἰῶδες τῇ χρόᾳ. καὶ ἡ μὲν μείζων βλάβη πελιδνὸν ἐργάζεται, ὅπερ ἔσται πλησίον τοῦ μέλανος, ἡ ἐλάττων δὲ ἐρυθρὸν καὶ χλωρόν. τοῦτο δὲ φαίνεται μὲν ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἐναργῶς, ἐναργέστερον δὲ ὁρᾶται κατὰ τὸ πρόσωπον. ἡ δὲ τῆς χρόας μεταβολὴ μοχθηροτάτη μέν ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ μέλαν, ὡς ἂν ἀποψυχομένου τοῦ αἵματος, ὥσπερ ὅταν ἐκτὸς ἐκχυθὲν

ut ſingula verba ſeorſum expendamus. *Color*, inquit, *humorum*. Notas ex quibus temperamentum noſcimus ſuppeditat color, idem noxae magnitudinem indicat, ut ſi ulcus omnino ſiccum ſit propter ejus facultatis, qua corpus alitur, imbecillitatem, non unus in eo color erit perpetuo, ſed pro humorum, qui in corpore ſint, varietate magnitudineque noxae variabitur, ut exempli cauſa, ſi amarae bilis humor in corpore redundarit, color pallidus apparebit, ſi humor ſit melancholicus, tum aut lividus aut in alterutra viridis ſignificatione, quum viride modo idem quod pallidum, modo idem quod aeruginoſum ſignificet, ut interdum major noxa lividum colorem, qui prope ad nigrum accedit, minor rubrum et viridem efficiat, hoc cum in ſingulis corporis partibus clare, tum vero in facie evidentius perſpicitur; ſiquidem peſſima coloris commutatio habetur, quae ad nigrum tendit, utpote refrigerato jam ſanguine, ut facere ſolet, quum foras effuſus in grumos coit, moderatior vero, quum ad viride vergit, id quod diuturnis in morbis ſaepe cernitur, ſed tamen in

Ed. Chart. VIII. [509.]

θρομβωδῆ, μετριωτέρα δὲ ἐπὶ τὸ χλωρόν. καὶ τοῦτο ἐν μὲν κεχρονισμένοις νοσήμασι πολλάκις ὁρᾶται, ὀλιγάκις δὲ ἐν ἀρχῇ. διὸ τότε καὶ κινδυνωδέστατόν ἐστιν, ὥς φησιν Ἱπποκράτης. ὅταν γὰρ τὸ χρῶμα ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον ᾖ, τότε κακὸν νόμιζε καὶ ὀλέθριον εἶναι. συνυπάρχει μέντοι καὶ ἄλλα σημεῖα, ὡς φεύγειν τὴν αὐγὴν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὃ δι᾽ ἀσθένειαν γίνεται τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως. οὕτω δὲ καὶ τὸ δάκρυον δι᾽ ἀῤῥωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως. οὕτω δὲ καὶ διαστρέφεσθαι, ὅπερ γίγνεται σπωμένων τῶν κινούντων αὐτοὺς μυῶν, τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων καμνούσης. καὶ μὴν τὸ γενέσθαι τινὰ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ κατὰ φύσιν ἐλάττω ὀλέθριον ἅμα εἶναι δοκεῖ. νεκροῦσθαι γὰρ δηλοῖ τὴν διοικοῦσαν αὐτὸν δύναμιν καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθρὰ φαίνεσθαι, ὡς ὅταν πελιὰ ἢ μέλανα φλεβία ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι. φαίνεται μὲν γὰρ ἐρυθρὰ τὰ φλεβία διὰ πλῆθος ἤ τινα φλεγμονὴν τῶν κατὰ τῶν ἐγκέφαλον, μελαίνεται δὲ καὶ πελιδνοῦται ψυχόμενα, ψύχεται δὲ νεκρούμενα, καὶ διὰ τοῦτο ὀλέθρια τὰ τοιαῦτα χρώματα

principiis perraro, quocirca eo tempore maximum periculum impendere significat, ut scriptum reliquit Hippocrates. Etenim quum totius corporis color immutatus sit, tum et malum et perniciosum putandum est, ad hoc tamen alia quoque signa accedunt, ut quum oculi lucem refugiunt, in cujus rei causa est imbecillitas ejus facultatis, quae ad aspectum pertinet, ut quum propter infirmitatem retentricis facultatis lacrymas emittunt, ut quum distorquentur, quod laborante nervorum origine musculi oculos moventes convellantur, ut quum alter oculus minor quam suapte natura esset reddatur, quod facultatem ipsum gubernantem inde esse extinctam intelligamus. Jam vero in malis etiam habendum est, quum alba oculorum esse rubra videntur, sicut quum venulae in eis aut lividae aut nigrae sunt, nam ut rubrae propter plenitudinem aut inflammationem quandam partium ad cerebrum pertinentium videntur, sic nigrescunt et livent, dum refrigerantur, refrigerantur vero dum extinguuntur: quocirca fit

Ed. Chart. VIII. [509.]

διὰ παντός ἐστιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ προσώπου εὔχροια καὶ τὸ λίαν σκυθρωπὸν πονηρὸν εἴωθεν εἶναι. ἐπειδὴ πολλάκις νομίζουσιν οἱ ἰατροὶ τὴν εὔχροιαν τοῦ προσώπου ἤτοι γε τῆς αἱμοῤῥαγίας κρισίμου τῆς ἐκ τῶν ῥινῶν ἢ παρωτίδων εἶναι δηλωτικὴν, καὶ δὴ ἐξαπατᾶσθαι αὐτοὺς συμβαίνει, μάλιστα δὲ ὅταν ἅμα σκυθρωπότητι πολλῇ γένηται. εὐχροεῖν γὰρ ἐν νοσήμασιν ὁμοίως τοῖς ὑγιαίνουσιν ἄριστα οὐκ ἐνδέχεται, ἀλλ᾽ ὑπὸ θερμασίας πολλῆς ἐξέρυθροι γεγονότες ὅμοιοι τοῖς εὐχροοῦσι φαίνονται. ἐξέρυθρον δὲ εἰς μελαγχολίαν ἐστὶν ἐπιτήδειον, ἧς σημεῖον ἐπίδηλον ἡ σκυθρωπότης ἐστίν· ὅταν δὲ καὶ λίαν αὐτῇ παρῇ, πολὺ δήπου μᾶλλον. ὥστε ὅταν εὐανθὲς μὲν φαίνηται τὸ πρόσωπον, ὁ δὲ ἄνθρωπος ᾖ λίαν σκυθρωπὸς, ἐμφαίνεται σαφῶς τις εἶναι κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἱκανῶς θερμὴ διάθεσις ἐκκαίουσα τὸ αἷμα καὶ διὰ τοῦτο γεννῶσα τὴν μέλαιναν χολήν. γίνεται δὲ καὶ ἐνίοτε θερμοτάτη αἴσθησις ἀήθης ἐν τῇ ἕξει τοῦ σώματος τῶν θερμῶν ἐπικρατούντων χυμῶν, ψυχροτάτη δὲ τῶν ψυ-

ut hujusmodi colores perpetuo perniciosi censeantur. Verum enimvero bonus faciei color si multum moestitiae adjunctum habeat, in malis esse consuevit, putant enim persaepe medici faciei bonum colorem significare aut sanguinis e naribus eruptionem criticam aut abscessus secundum aures futuros, et tamen falluntur, praesertim vero si habeat multam moestitiam conjunctam. Neque enim usu venit ut aegroti ita bono colore sint sicut ii qui optime valent, sed magna vi caloris valde rubri effecti, hoc consequuntur ut similes iis, in quibus bonus est color esse videantur; nam quod valde rubrum est, idem est ad melancholiam pronum, cujus apertum signum est moestitia, quae si multa sit, id ipsum multo magis confirmat. Quamobrem quum facies florida videatur, aegrotus vero mirum in modum moestus sit, tum calidam admodum affectionem, quae sanguinem exurat ideoque atram bilem gignat, in cerebro esse plane constat. Interdum vero etiam calidissimus sensus nobis insuetus in habitu corporis exoritur, quum humores calidi caeteris excellunt, ut etiam frigi-

Ed. Chart. VIII. [509. 510.]
χρῶν, καὶ λευκότεροι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ φλέγματος, ὠχρότεροι δὲ ἐπὶ τῆς χολῆς φαίνονται πλεονεξίας· εἰ δὲ καὶ ἀκρατεστέρα ποτ' εἴη, ξανθότεροι. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐστιν, οὐ τῶν στερεῶν τοῦ ζώου μορίων. ὅταν δὲ οἱ χυμοὶ εἰς βάθος μὴ ὑποχωρήσωσιν, ὅπερ συμβαίνει αὐτοὺς ἢ διὰ κρύος ἢ ῥῖγος ἤ τι πάθος ψυχικὸν, οἷον φόβον ἢ λύπην ἰσχυρὰν ἢ ἀρχομένην αἰδῶ. τούτων δὲ παρόντος μηδενὸς οὐκ ἄν ποτε βαδίσαιεν εἰς τὸ βάθος οἱ χυμοὶ, ὥστε οὐδὲ ἐπικαύσαιεν ἄν ποτε τὸ δέρμα, βιαιότερον ὁρμήσαντες ἐπ' αὐτὸ, χωρὶς πάθους τῆς ψυχῆς καὶ θάλπος ἄμετρον ἔξωθεν περιστῆναι τὸ ζῶον. διὸ καλῶς εἶπεν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν. ὀργισθέντων μὲν γάρ ποτ' ἰσχυρῶς ἢ θυμωθέντων, ἢ τὴν ἐκ τῆς αἰδοῦς οἷον ἄμπωτιν τὴν τῶν χυμῶν ἀναφερομένην, μὴ πρόσεχε τὸν νοῦν τῇ χρόᾳ. εἰ δὲ μὴ βιαζόμενον εἴη τὸ περιιστάμενον ἔξωθεν ἢ ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἤ τι πάθος ὧν ἀρτίως εἴρηται γεγενημένον, ἀληθής ἐστιν

diffimus, quum frigidi dominantur, atque ubi pituita redundat in corpore, candidiores, ubi bilis, pallidiores homines videntur, fique purior bilis fit, flaviores. Color enim ab humoribus, non a folidis animantis partibus provenit, quum humores fe in intimas corporis partes receperunt, id quod eis contingit aut propter frigus aut rigorem aut aliquam animi perturbationem, quo in numero funt timor, magna triftitia aut pudoris initium; fi horum nihil adfit, humores in intimas corporis partes fe nunquam recipient, ficut neque unquam facto in cutim impetu violentius eam adurent, nifi animum occupet aliqua perturbatio [510] aut calor immodicus extrinfecus animal obfideat. Proinde recte dictum ab Hippocrate eft: *Ubi eft humorum reciprocatio.* Etenim in iis, qui vehementer commoti funt aut ira perciti aut pudore affecti, veluti reciprocantibus humoribus, feque intro trahentibus, animum ad colorem adhibere non oportet. Quod fi nulla vis frigoris aut caloris aut nulla perturbatio earum, quas nunc dixi, ambientem nos aërem infeftum habeat, certe

Ed. Chart. VIII. [510.]

ἡ ἐκ τῆς χροιᾶς τοῦ δέρματος διάγνωσις τῶν χυμῶν. ἐνίοτε μὲν γὰρ οἴεταί τις τῶν ἰατρῶν καὶ τῶν μὴ τυχόντων τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι πλεονάζειν, σφαλεὶς τῇ τοῦ χρώματος μεταβολῇ, οὐ μὴν πλεονάζει γε, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος θερμασίας τοῦτο γίνεται, ἢ ἐκ θυμοῦ ἢ καὶ πυρετοῦ. ἔστιν ὅτε καὶ μειούμενον αὐτὸ εἶναι νομίζει, οὐκ ἔστι δὲ, ὅπερ εἴωθε συμβαίνειν, ὅτε πρὸς τῆς ψυχρότητος ὠθούμενον εἰς τὰ ἔνδον ἀποκεχώρηκεν. τοῦτο δὲ ἔνεστί σοι εἰδέναι πολλάκις ἐπὶ τῆς θαλάττης, ἣ ἐν κλύδωνι μείζων, ἐν γαλήνῃ δὲ οὖσα πολὺ μείων εἶναι φαίνεται. ὅταν οὖν τὸ σῶμα λευκότερον ἑαυτοῦ γεγονὸς ἄνευ τοῦ πάθους τινὸς, τότε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸν φλεγματικὸν ἐπικρατεῖν ἐνδείκνυται χυμὸν, τὸ δὲ ὠχρότερον ἢ ξανθότερον τὸν χολώδη. οὕτω καὶ ἡ ἐπὶ τὸ ἐρυθρότερον ἐκτροπὴ τοῦ κατὰ φύσιν αἷμα πλεονάζειν. ἡ δὲ ἐπὶ τὸ μελάντερον τὴν μέλαιναν χολὴν δηλοῖ. εὑρήσεις δὲ καὶ ὧν ἡ χρόα οἷον μόλιβδόν ἐστι καὶ αὖθις οἷόν τις μίξις ἔοικεν ἐκ λευκοῦ καὶ πελιδνοῦ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα

humores ex colore cutis vere dignofcentur. Fit enim interdum ut medici, atque hi quidem non vulgares, redundare fanguinem in corpore arbitrentur, falfi nimirum coloris mutatione, et tamen non redundat, fed illa coloris commutatio aut ab aëris nos ambientis calore aut ab iracundia aut etiam a febre profecta eft. Quandoque etiam effe imminutum fanguinem putant, nec tamen id verum eft: id quod ufu venit, quum is a frigore compulfus in partes intimas fe recepit; potes autem id ipfum in mari perfaepe contemplari, quod quum agitatur, majus, quum tranquillum eft, minus multo videtur. Quum igitur corpus fe ipfo albidius fit factum, neque ulla adfit perturbatio, tunc pituitofum humorem abundare plerumque indicat, quum vero fit pallidius aut magis flavum, biliofum. Sic etiam fi ad rubicundius vergat quam naturae ftatus ferat, redundare fanguinem, fi ad nigrius, atram bilem fere fignificat, funt etiam quorum color plumbum imitetur, alii quorum ceu mixtio ex albo et livido quaedam,

Ed. Chart. VIII. [510.]
χρώματα τὸν ὠμὸν ἐπικρατεῖν χυμὸν σημαίνουσι, τὸν ἐν εἴδει μὲν ὑπάρχοντα φλέγματος, ἧττον δὲ ὑγρὸν ὄντα τοῦ συνήθους ὀνομαζομένου φλέγματος. τὸν τοιοῦτον χυμὸν, ὃν Πραξαγόρας ὑαλώδη καλεῖν. τὸ δὲ αἷμα ἐν μεθορίῳ τῶν χολωδῶν χυμῶν καὶ τούτων ἐστίν. ὧν τινές εἰσι πρὶν ἀκριβῶς τὴν τροφὴν αἱματωθῆναι οἷον ἡμίπεπτοί τινες, οἱ δ' ἄπεπτοι πάντως, οἱ δ' ὀλίγον ἀποδέοντες αἵματος ἰδέας. ἕτεροι δὲ ἔσχατοι τῆς αἱματώσεως, ἀμετρία θερμότητος ἑπόμενοι, καὶ τούτων αὐτῶν οἱ μὲν ὀλίγον ἀποκεχωρηκότες αἵματος, οἱ δὲ πλέον, οἱ δὲ πλεῖστον. καὶ τότε, εἴ δεῖ κενῶσαι, ἔνεστί σοι χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ μετὰ τούτων διορισμῶν ἐπὶ τῶν ὀλίγον ἀπεχόντων ἐφ' ἑκατέρῳ θαῤῥοῦντι χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, ἐπὶ δὲ πλέον εὐλαβέστερον, ἐπὶ δὲ τῶν πλεῖστον οὐδ' ὅλως. ἐν ᾧ καὶ χρόας τοῦ αἵματος μεταβολὴν ἔνεστι τεκμήρασθαι πολλάκις, καὶ ποτὲ μὲν τοῦ ῥέοντος αἵματος, ποτὲ δὲ καὶ τοῦ κάμνοντος αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ ἡ λειποθυμία ἐπὶ πολλῶν παθῶν ὅρος ἐστὶ κενώσεως

atque hujusmodi quidem colores crudum abundare humorem declarant, qui in genere ille quidem pituitae continetur, minus tamen quam quae consueto vocabulo pituita appellatur humidus est, huncque humorem Praxagoras vitreum nominat; at sanguis in medio horum et biliosorum est, eorum autem aliqui, prius quam alimentum sit accurate in sanguinem conversum vel ut semicocti sunt, alioqui omnino incocti, alii a forma sanguinis parum absunt, aliqui rursus velut postremi ad gignendum sanguinem excessum caloris consequuntur, quorum alii parum absunt a sanguine, alii plus, alii plurimum, quo sane tempore si vacuatione opus sit, tunc secare venam poteris, hac adhibita distinctione, ubi parum in utramque partem recesserint, audacter mitti sanguis poterit, ubi plus, cautius agendum, ubi plurimum, plane abstinendum; qua in re saepe coloris sanguinis mutationem intueri oportet, ac modo profluentis sanguinis, modo vero etiam aegrotantis hominis. Sed et animi defectio solet esse in multis affecti-

Ed. Chart. VIII. [510.]
καὶ ὁ τόνος τῆς ῥύσεως τοῦ αἵματος ὁ κλάζων καὶ οἱ σφυγμοὶ τρεπόμενοι καὶ ἄλλα πολλὰ, περὶ ὧν ἀκριβέστερον δέδεικται ἐν τοῖς περὶ φλεβοτομίας. νῦν δὲ ἰστέον, εἰ ἕκαστον μόριον ἐξ ὁμοιοτάτου κατὰ τὴν οὐσίαν ἑαυτῷ τρέφεται χυλοῦ καὶ τοῦτον ἑαυτῷ παρασκευάζειν πέφυκε καὶ τοῦ χρώματος αὐτοῦ μεταλαμβάνειν, ἀλλοιοῦν καὶ μεταβάλλειν ἡ τοῦ αἵματος γένεσις ἔργον τῆς ἥπατος σαρκός. μετέχει μὲν οὖν καὶ ἡ καρδία τοῦ τοιούτου χρώματος, ἀλλ' οὐκ εἰς ὅσον ἧπαρ, ὑγρότερον γάρ ἐστι τὸ σπλάγχνον τοῦτο τῆς καρδίας καὶ διὰ τοῦτο ἐρυθρότερόν τε καὶ μαλακώτερον. ἡ δὲ ξηροτέρα καὶ θερμοτέρα τοῦ ἥπατος ὑπάρχει. οὐδὲ τὸ ἴδιον αὐτῆς αἷμα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷόν περ τὸ τοῦ ἥπατος. ἀλλ' ὅσῳ θερμότερον τὸ σπλάγχνον, τοσούτῳ ξανθότερον, ὅπερ ἴδιον αἵματος ξηροτέρου, καθάπερ τοῦ ὑγροτέρου τὸ ἐρυθρόν. καὶ αἵματος μὲν ὑγροῦ τὴν κρᾶσιν, ἐρυθροῦ δὲ τὴν χρόαν ἡ πρώτη μὲν ἐν ἥπατι γένεσις, ὀχετοὶ δὲ παράγοντές τε καὶ διανέμοντες αὐτὸ τῷ σώματι παντὶ φλέβες. αἵματος δὲ ξανθοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ πνευματώδους ἡ μὲν πρώ-

bus evacuationis terminus itemque fluentis ſanguinis tenor labaſcens et pulſus commutati atque alia multa, quae nos in libro de venae ſectione ſumus diligentius proſequuti. Nunc autem non eſt ignorandum, ſi quaeque pars ſucco alitur, qui ſui ſimillimam habeat eſſentiam eſtque ſibi natura comparatum, eum ut ſibi ſuccum, alterando et immutando paret, ſanguinem ex carne jecoris eſſe ortum habiturum; cor etiam hoc eodem eſt praeditum colore, ſed non adeo, ut jecur, quod humidius corde ideoque rubicundius molliusque extitit, cor vero eſt jecore ſiccius atque calidius, neque proprius ipſius ſanguis eſt ſanguini jecoris ſimilis, ſed quo calidius viſcus viſcere, eo flavior ſanguis videtur, qui color ita eſt ſiccioris ſanguinis proprius, ſicut ruber humidioris; cujus quidem ſanguinis temperatura humidi et colore rubri prima generatio in jecore eſt ejusque ductus, a quibus derivatur et in totum corpus diſtribuitur, venae ſunt. At flavi ſanguinis ac tenuis

Ed. Chart. VIII. [510.]

τη γένεσις ἐν τῇ καρδίας ἀριστερᾷ κοιλίᾳ. διανέμουσι δὲ καὶ παράγουσιν εἰς ὅλον τὸ ζῶον αἱ ἀρτηρίαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς ἐνδείκνυται ἐν τῇ καρδίᾳ κατῳκίσθαι. διὸ ἐν τοῖς νοσήμασι τεκμαίρεσθαι δεῖ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν τῇ χρόᾳ, πλὴν εἴ τινες ὑποχωρήσαιεν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν, φησὶν, ἐοικὸς ἀνθέων, ὁκόσων μὴ ἄμπωτίς ἐστιν. ἐπὶ τούτων οὖν μάλιστα ὑπονοστησάντων καὶ μὴ κεχυμένων ὁμαλῶς ἐπιβλέπειν δεῖ ὥρην καὶ χώραν καὶ ἡλικίαν καὶ νόσους καὶ τὸν λυποῦντα κενοῦν χυμὸν, καὶ μὴ ἄλλον τινὰ πρὸ αὐτοῦ, ὡς φλέγματος πλεονάζοντος τοῦτο κενώσεις. χολῆς δὲ ξανθῆς εἴτε μελαίνης ἐνοχλούσης ἀφεκτέον μὲν τοῦ φλέγματος, τὴν λυποῦσαν δὲ χολὴν κενωτέον. οὕτω κἂν αἷμα πλεονάζῃ ἢ τοῦ αὐτοῦ ὀῤῥὸς, ἐκείνου ποιητέον τὴν κένωσιν. ἔχει μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν πλεοναζόντων ἐν τῷ σώματι χυμῶν ἴδια γνωρίσματα, οἷον εἰ τύχῃ καθ' ὅλον μὲν τὸ σῶμα τῆς χρόας ὠχροτέρας γεγενημένης, ὡς ἐν ἰκτέροις, οὐχ ὑποχω-

et spirituosi prima generatio in sinistro cordis ventriculo consistit huncque sanguinem in totum corpus arteriae comportant atque dispensant, quae etiam res facit ut iracundiae sedem in corde sitam esse, nobis persuadere debeamus. Itaque in morbis facere conjecturam ex colore oportet, ut humorem in corpore redundantem cognoscamus, nisi humores in imas corporis partes se receperint: *Color enim*, inquit, *similis humoribus efflorescit, quum nulla est reciprocatio.* Itaque in iis, qui intro maxime recesserunt, nec sunt per totum corpus aequabiliter diffusi, spectanda sunt haec, anni tempus, regio, aetas et morbus et humor noxius, neque alius ante illum evacuandus est, ut si exempli causa pituita redundet, eam evacuabis, si bilis flava aut atra infestum hominem habeat, pituitam non attinges, sed bilem infestam educes. Simili quoque modo quum sanguis redundarit aut ejus serum, ejus erit facienda evacuatio. Unus enim quisque humor in corpore redundans propriis notis distinguitur, ut si in toto corpore flavus sit factus color, ut in morbo arquato

Ed. Chart. VIII. [510.]
ρυούσης δὲ διὰ ἕδρας τῆς χολῆς ἢ τινων ἐξανθημάτων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι γεγενημένων χολωδῶν, κατὰ μέρος δήξεως, ἐν τῇ γαστρὶ, προσούσης δὲ καὶ ἄσης καὶ ἀσιτίας καὶ δίψης τοῦ στόματός τε πικρουμένου ἢ κατά τι μέρος ἐρυσιπέλατος ἢ τριταίου πυρετοῦ κατέχοντος τὸν ἄνθρωπον ἢ τῶν καυσωδῶν τοῦ πικροχόλου. πλεονάζει γὰρ ἐν ἅπασι ταύτοις ἡ ξανθὴ χολὴ, καὶ διὰ τοῦτο κενωτέον αὐτὴν ἐκείνοις τοῖς φαρμάκοις ὅσα δι' αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν ὀνομάζουσι χολαγωγά. προσέχειν δὲ χρὴ τὸν νοῦν οὐ μόνον τοῖς ἐπιτυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἰατροῖς, διότι εἴωθε τὰ καταγνωρίσματα μὴ καλῶς ἐσκεμμένα φέρειν ἀπάτην. διὸ Ἱπποκράτης ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς καλῶς συμβουλεύων ἕτερον ἡμᾶς γνώρισμα, τὴν εὐφορίαν, ἐδίδαξεν, ἵνα κἂν τούτῳ θαῤῥῶμεν ἐν ταῖς νόσοις ὀρθῶς κενώσαντος. καὶ μὴν ἀλλὰ ἐπὶ τῆς μελαίνης χολῆς πλεοναζούσης τὸ χρῶμα τοῦ σώματος βλέπειν χρή· καὶ γὰρ κἀπὶ ταύτης ἡ καθ' ὅλον σῶμα χρόα πρὸς τὸ μελάντερον τρέπεται, ὅσα τε πάθη διὰ τὴν πλεονεξίαν αὐτῆς γίνεται, φανερῶς διδάσκει τὸ πλῆθος τῶν χυ-

accidit, neque bilis per sedem excernatur, aut aliquae pustulae biliosae per totum corpus eruperint et particulatim, si ventriculi morsus aut cibi fastidium aut appetentiae vacuitas adsit sitisque torqueat osque amarescat aut ignis sacer aliquam corporis partem obsideat aut homo tertianam febrem aut ardentem ex bili habeat: in quibus sane omnibus flava bilis abundat, erit bilis iis medicamentis, quae ab actione bilem educentia nominantur, evacuanda, quo in loco non modo vulgares, sed praestantissimi etiam medici animum advertere diligenter debent, siquidem hae notae non accurate perpensae in errorem inducere homines solent. Quamobrem in aphorismis Hippocrates nobis recte consulens, aliam notam tribuit, attendendum esse: *quum aegri facile tolerant*, ut hac freti recte fieri evacuationem intelligamus. Atque in atrae quidem bilis exuperantia spectare colorem par est, quando in hac quoque totius corporis color in nigriorem mutatur, imo vero affectus omnes, qui ab ejus excessu oriuntur, humoris

μῶν, καθάπερ ἐλέφας καὶ καρκίνος καὶ τεταρταῖος πυρετὸς καὶ σπλὴν μέγας καὶ κιρσοὶ μελαινόμενοι καὶ ἡ μελαγχολία καλουμένη καὶ πᾶσα παραφορὰ διανοίας ἢ θρασεῖα καὶ θηριώδης. ἀλλὰ καὶ ἐν γυναιξὶν ἐνδείκνυται τὸν πλεονάζοντα χυμὸν τὸ χρῶμα τῶν καταμηνίων, ὧν τὰ γνωρίσματα γέγραφεν Ἱπποκράτης. νῦν δὲ ὅπερ ἐπὶ τῆς ξανθῆς χολῆς εἴρηκα, τοῦτό μοι ἐπὶ τοῦ φλέγματος νόει, οἷον τοὺς ὄγκους οἰδηματώδεις, ἐξανθήματά τε καὶ σύμπαν τοῦ σώματος τὸ χρῶμα κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ χυμοῦ. καὶ τοὺς ἀμφημερινοὺς πυρετοὺς καὶ τὴν ἀργίαν καὶ νωθρότητα τῆς διανοίας, ἔτι τε καταλήψεις ὑπνώδεις καὶ βάρη τῆς κεφαλῆς, ὀξυρεγμίας τέ τινας, ὅταν ἐν τῇ γαστρὶ πλεονάζῃ τὰ τοιαῦτα. περὶ δὲ τοῦ αἵματος τί χρὴ λέγειν; αὐτὸ γὰρ οὐχ ἓν ἦν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐξ ἐναντίων τε καὶ διαφερόντων συγκείμενον μερῶν. ἔστι μὲν ἐν αὐτῷ τὸ οἷον ἰχὼρ αἵματος καὶ οἷον ἰλύς τις καὶ τρύξ. καὶ μέντοι καὶ ἶνας ἀμφερομένας τῷ αἵματι σαφῶς ἔστι θεάσασθαι, καὶ τούτων ἐξαιρεθεισῶν οὐ πήγνυ-

copiam perſpicue indicant, ut elephas, ut cancer, ut quartana febris, ut lien magnus et varices nigreſcentes et quae melancholia nominatur et omnis inſania immanis, temeraria et fera. Jam vero etiam, qui humores in muliebri corpore abundent, menſtruorum indicat color, atque eorum notas Hippocrates litterarum monimentis conſignavit. Nunc vero, ut de flava bile dictum eſt nobis, ita de pituita dici poſſe exiſtimabis, ut oedematoſi tumores poſtulaeque et totius corporis color humoris formae reſpondeant, quem etiam ſequantur quotidianae febres, mentis pigritia et torpor, propenſiones in ſomnum, capitis gravitates et acidi quidam ructus, ſi quando talia in ventre redundarint. At de ſanguine quorſum attinet dicere? is enim non eſt unum quid accurate, ſed ex contrariis differentibusque conſtat partibus, eſtque in eo velut liquor ſanguinis ac velut limus quidam et faex. Imo vero etiam veluti fibras ineſſe ſanguini clare licet intueri, quibus ſublatis ſanguis non concreſcit. Ac ſanguis a fibris ſe-

ται τὸ αἷμα καὶ χωρισθὲν τῶν ἰνῶν καὶ χροιᾷ καὶ συστάσει διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ἐρυθρὸν ἀκριβῶς φαίνεται, τὸ δὲ ξανθότερον τούτου, τὸ δὲ μελάντερον. ἔστιν ὅτε [αὐτῷ] καὶ σαφῶς ἀπανθεῖ τι λευκὸν αὐτῷ καί ποτε πελιδνὸν ἅπαν ἐφάνη. καὶ πολλάκις ἐγγὺς τῷ μέλανι καθάπερ τις πορφύρα κατακορής. τούτων μὲν οὖν οὕτως ἐχόντων φανερὸν γίνεται ὅτι πολλάκις ἐν αὐτῷ πλεονεκτεῖ τὸ παχὺ καὶ μέλαν ὡς τὴν χρόαν τοῦ παντὸς σώματος μελαντέραν φαίνεσθαι καὶ τὰς οὐλὰς μελαίνεσθαι καὶ κυρσοῦσθαι τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι φλέβας αἷμα τινὶ πελιδνῷ χρώματι. ποτὲ δὲ ξανθὸν, ὡς καὶ τρίχες σημαίνουσι καὶ ἔμετοι καὶ διαχωρήματα καὶ τἄλλα, ἔστιν ὅτε καὶ ἐρυθρὸν ἢ λευκὸν, ὡς καὶ ταῦτα ἔκ τε τῶν τοῦ σώματος ὅλον χρωμάτων καὶ τριχῶν ἐμέτων τε καὶ διαχωρημάτων φαίνεται. ἀλλὰ ἐκεῖνό γε διορίσασθαι προσήκει ὅπερ οἱ καλούμενοι ἰατρολόγοι παρέλειπον, ὥσπερ ἐν φαινομένοις μέρεσι τοῦ σώματος ἐνίοτε μὲν ἅπασιν ἡ αὐτὴ φαίνεται κρᾶσις πρὸς τὸ χρῶμα, ὡς ἐν ἰκτέροις τε καὶ ἐλε-

cretus et colore et essentia differt, ut quidam accurate ruber, quidam flavior, quidam nigrior videatur, quandoque etiam quidam candor in eo efflorescit, quandoque totus esse lividus conspicitur, ac saepe prope ad nigrorem accedit. Quae quum ita sint, planum est in eo redundare saepenumero crassum nigrumque humorem, propter quem totius corporis color nigrior appareat, cicatricesque nigrescant et venae in ruribus contracto livido colore in varices convertantur. Quandoque vero superat flavus humor, quem et vomitus et dejectiones et alia significant, interdum vero ruber aut albus, ut ex totius corporis colore capillisque et vomitibus et alvi excrementis deprehenditur. Sed quod omiserunt ii, qui verbo tenus medici vocantur, est a nobis hoc loco distinguendum, quemadmodum, inquam, in corporis partibus, quae sub aspectum cadunt, modo in omnibus eadem apparet temperatura, quod ad colorem pertinet, [511] ut in morbo ar-

Ed. Chart. VIII. [511.]
φαντιάσει καὶ τοῖς ὑδέροις, ἔτι τε καχεξίαις καὶ ἐν ἡπατικαῖς καὶ σπληνικαῖς ἀχροίαις. ἐνίοτε δὲ ἕν τι μόριον ἤτοι πικρόχολον ἢ φλεγματικὸν ἢ μελαγχολικὸν ὑποδεξάμενον χυμὸν, αὐτὸ μόνον ἐξαλλάττεται τὴν κρᾶσιν. οὕτως ἐγχωρεῖ καὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐνίοτε μὲν ἅπαντος τοῦ κατὰ τὰς φλέβας αἵματος μελαγχολικοῦ γινομένου τῷ κοινῷ λόγῳ τῆς βλάβης καὶ αὐτὸν βλαβῆναι. συμβαίνει δὲ ὅταν ἀπαθοῦς μένοντος τοῦ καθόλου τοῖ ἀνθρώπου αἵματος ἀλλοιωθῆναι τὸ κατὰ μόνον ἐγκέφαλον καὶ τοῦτο διττῶς ἢ ῥυέντος εἰς αὐτὸν ἑτέρωθεν ἢ γεννηθέντος ἐν τῷ τόπῳ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. οὗτος δὲ γεννᾶται ὑπὸ πολλῆς θερμασίας ἐγχωρίου κατοπτώσης ἤτοι τὴν ξανθὴν χολὴν, ἤ τι παχύτερον καὶ μελάντερον αἷμα. τούτου διάγνωσίς σοι γενέσθω τόνδε τὸν τρόπον. ἐπισκέπτου πρῶτον τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ὁποία τίς ἐστι καὶ μέμνησο ὅτι οἱ μὲν ἁπαλοὶ καὶ λευκοὶ καὶ πίονες ἥκιστα μελαγχολικὸν ἴσχουσι χυμὸν, οἱ δὲ ἰσχνοὶ καὶ μελάντεροι καὶ δασεῖς καὶ φλέβας εὐρείας ἔχοντες πρὸς τὴν τοῦ τοιούτου χυμοῦ γένεσιν ἐπιτηδειότατοι ὑπάρχουσιν.

quato et elephantiasi et aqua inter cutem et malo habitu et iis colorum vitiis, quae a jecinore lieneque orta sunt, modo unius solum partis, in qua vel biliosus vel pituitosus vel melancholicus humor inhaeserit, temperatura permutatur, ita etiam in cerebro accidat, ut interdum omnis, qui venis continetur, sanguis melancholicus fiat et communi noxa cerebrum quoque offendatur, interdum vero, ut sanguis, qui in toto hominis corpore sit, illaesus maneat et ille solus, qui in cerebro est, alteretur, idque dupliciter, ut vel aliunde in ipsum confluat, vel in ipso melancholicus humor sit genitus, qui quidem gigni solet, quum magna interni caloris copia flavam bilem aut crassiorem nigrioremque sanguinem assavit, id quod dignosces hoc modo. In primis corporis habitum, qualis sit, intuebere, ac memento molles, candidos pinguesque melancholicum humorem minime continere, graciles, nigriores, hirsutos, quique latas venas habent, eos esse ad hujusmodi humorem gignendum aptissimos. Usu etiam inter-

Ed. Chart. VIII. [511.]

ἔσθ᾽ ὅτε καὶ οἱ ἐξέρυθροι τὴν χρόαν ἄνθρωποι μεταπίπτουσιν ἀθρόως ἐπὶ τὴν μελαγχολικὴν κρᾶσιν καὶ οἱ ξανθοὶ καὶ μάλιστα ὅταν ἐν ἀγρυπνίαις καὶ πόνοις τύχωσι προδιῃτημένοι. σκεπτέον δὲ καὶ πότερον ἐπέσχηταί τις αἱμοῤῥοῒς ἢ καί τις ἄλλη αἵματος συνήθης κένωσις ἢ καταμήνια ταῖς γυναιξὶ καὶ ὁποίαις ἐχρήσατο τροφαῖς. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. εἰ μὲν οὖν ἐν τῇ τοιαύτῃ διαίτῃ πρὸ τοῦ νοσεῖν ὁ ἄνθρωπος εἴη γεγενημένος, ἔξεστι κἀκ ταύτης στοχάζεσθαι τί πλέον· εἰ δὲ ἐν εὐχύμοις ἐδέσμασιν, ὅρα περὶ τῶν γυμνασίων αὐτοῦ, λύπης καὶ ἀγρυπνίας καὶ φροντίδος προστίθεσθαι δὲ χρὴ τούτοις καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ γεγενημένην καὶ οὖσαν κατάστασιν καὶ χωρίον καὶ τὴν τοῦ κάμνοντος ἡλικίαν, περὶ ὧν μετ᾽ ὀλίγον ἐροῦμεν. νῦν δὲ αὐτάρκης ὁ λόγος ἐπὶ παραδείγματος ἐξετασθείς. ἔστω δὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον ἀπύρετον ὑπάρχειν, ἐν ὄγκῳ δὲ μείζονι τὰς φλέβας αὐτῷ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα ἐρυθρότερον. σκεπτέον

dum venit, ut praerubro colore homines in melancholicam temperaturam affatim cadant itemque flavi, praesertim vero, si in vigiliis ac laboribus prius vitam duxerint. Illud etiam spectandum est, sintne ullae haemorrhoides suppressae aut ulla alia consueta sanguinis evacuatio aut in mulieribus menstrua retenta purgatio et quibus homo alimentis usus sit, quae res nobis est in primo de facultatibus alimentorum definita atque distincta. Itaque si in hoc vitae genere versatus homo est prius quam in morbum incideret, tibi erit integrum etiam ex hoc majorem quampiam sumere conjecturam; si vero boni succi alimentis usum illum compereris, habeto rationem exercitationum, tristitiae, vigiliarum curarumque, ad haec accedat oportet anni tempus praeteritaque et praesens constitutio itemque regio et aegrotantis aetas, de quibus paulo post verba a nobis fient, nunc autem satis ad rem indicandam erit exemplum, quod subjungam. Ponamus igitur vacare febre hominem venasque majorem in tumorem elatas esse corpusque universum esse rubicun-

Ed. Chart. VIII. [511.]

οὖν εἰ μηδὲν τούτῳ τῶν θερμαινόντων αἰτίων ἐπλησίασεν αὐτῷ. εἰ γάρ τοι φαίνοιτο, βέλτιον ἀναβάλλεσθαι τὴν διάγνωσιν ἄχρι περ ἂν ἡ ἐξ ἐκείνου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι καταστῇ, ἵνα ἐν ἡσυχίᾳ πασῶν τῶν ἔξωθεν ὑπάρχῃ κινήσεων. εἰ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ φαίνοιτο τοιοῦτος, αἷμα πλεονάζει τῷ ἀνθρώπῳ. τοὐντεῦθεν ἐπισκέπτεσθαι τἄλλα, καὶ πρῶτον μὲν ὅσα μεγίστην ἔχει δύναμιν, εἶθ᾽ ἑξῆς τὰ λοιπά. εἰσὶ δὲ τάδε, βάρος, τάσις, ὄκνος πρὸς τὰς κινήσεις. εἶτα τὰ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἀγρυπνίας τε καὶ ὕπνους, ὀρέξεις τε καὶ ἀνορεξίας καὶ τἄλλα τοιαῦτα. μετὰ δὲ ταῦτα μή τις συνήθης ἔκκρισις ἐπίσχηται, μὴ γυμνάσιον ἠμέληται, μὴ πλείω καὶ πολύτροφα σιτία συνεχῶς προσενήνεκται, μὴ μετὰ τροφὴν ἀήθεσι χρῆται λουτροῖς. ἐπὶ τούτοις ἅπασι καὶ τὰ παρὰ τῆς χώρας καὶ ὥρας καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἔφην. εἰσὶ δὲ τινές, οἳ νομίζουσι τὸ χρῶμα δηλοῦν μὴ μόνον τὸ ποιὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ποσὸν τῆς οὐσίας. οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτο. οὐδενὶ γὰρ αὐξανομένῳ κατὰ τὴν οὐσίαν ἐπιτείνεται τὸ πρό-

dius, ſpectandum erit, num ulla cauſa ex iis, quae calefaciendi vim habent, ad corpus acceſſerit; ſi ulla adfuiſſe videatur, praeſtiterit rejicere in aliud tempus eam dignotionem, donec motus ex illa excitus in toto corpore conquieverit, ut ſit in omnium externarum motionum ceſſatione conſtitutum, ac ſi eo tempore homo talis videatur, ſcito ſanguinem redundare, hinc autem alia perpendenda ſunt, atque in primis quae maximam vim habent, tum deinceps reliqua, cujusmodi ſunt gravitas, tentio et ſegnities ad motus, deinde quae ad pulſus, vigilias, ſomnos, appetentias, cibi faſtidia ac caetera hujus generis pertinent. Poſt haec vero, utrum ſuppreſſa ſit ulla conſueta excretio, num omiſſa exercitatio, num plura et valentis materiae alimenta continenter ingeſta ſint, num a cibo inſuetis balneis uſus ſit, ut interim non negligas, quae ad anni tempus, regionem et alia, uti diximus, referuntur. Quidam tamen ſunt qui putent colorem non modo qualitatem, ſed etiam eſſentiae quantitatem indicare,

Ed. Chart. VIII. [511.]
σθεν χρῶμα. οὕτω γὰρ ἂν ἥ τε χιὼν ἐγίνετο λευκοτέρα καὶ ἡ πίττα μελανωτέρα καὶ ὁ χρυσὸς ξανθότερος. ἕτερον μὲν οὖν ἐστι προφανῶς αὔξησις οὐσίας ἀλλοιώσεως. αὐξάνεται μὲν γὰρ κατὰ τὸ ποσὸν, ἀλλοιοῦται δὲ κατὰ τὸ ποιόν. ἔστι δὲ τόπου τὸ χρῶμα ποιᾶς οὐσίας, οὐ πόσης γνώρισμα. τοσοῦτον ἄρα καὶ τοιοῦτον ἐστὶ τὸ τῶν χρωμάτων πλεονέκτημα. περὶ ὧν ἡμεῖς ἰδίᾳ τὴν πραγματείαν πεπονήκαμεν. καὶ ἐδείκνυμεν ὅτι πολὺ προέχει πρὸς τὴν θεραπείαν καὶ διάγνωσιν τῶν νοσημάτων ἡ τῶν χρωμάτων ἔννοια, μάλιστα δὲ ἐν τῷ προσώπῳ, ἐν ὄμμασιν, ἐν τῇ γλώττῃ καὶ ἐν τοῖς οὔροις. διότι σφάλλονταί τινες περὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ἡγοῦντες ἐξ αὐτῶν χροιᾶς βέβαιον τεκμήριον κράσεως ὅλου τοῦ σώματος λαμβάνεσθαι, ὅτε ἔξεστι τῶν μόνων ὀφθαλμῶν. καὶ δὴ ἐν τοῖς τοῦ ἥπατος κακοπραγίαις ἡ τῆς γλώττης ἀλλοιοῦται χρόα καὶ ἡ παντὸς τοῦ σώματος. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος ὑμένος, ἐπειδὰν φλεγμαίνῃ, τὸ πτύελον κεχρωσμένον ἐστίν. διόπερ ἐὰν μὲν χολωδέστερον ᾖ

ſed falluntur, quum in nulla re, quae per eſſentiam augeatur, priſtinus color mutetur, ita enim et nix candidior et pix nigrior et aurum magis flavum redderetur, ex quo plane patet, incrementum eſſentiae aliud eſſe, quam alterationem; incrementum enim ad quantitatem, alteratio ad qualitatem pertinet, color vero qualitatis eſſentiae, non quantitatis eſt indicium; tanta igitur ac talis eſt colorum praerogativa, de quibus eſt a nobis conſcripta tractatio ac demonſtratum ipſorum notitiam magno nobis eſſe et ad curationem et ad dignotionem morborum adjumento, praeſertim vero ad hoc valere eos colores, qui in facie, in oculis, in lingua atque urinis conſpiciuntur, quanquam decipi quosdam videmus, qui quum in oculos intuentur, firmum ſe nactos eſſe totius corporis temperaturae argumentum ex oculorum colore arbitrantur, quum tamen inde ſolum oculorum cognoſcere temperaturam eis concedatur. Imo vero etiam in jecoris vitiis linguae et totius corporis color vitiatur, ac ſi inflammatione tentetur membrana coſtas ſuccingens, ſputum colore inficitur, atque

Ed. Chart. VIII. [511.]

τὸ αἷμα, ξανθὸν ἢ ὠχρόν ἐστι τὸ πτύελον, ἐὰν δὲ φλεγματικώτερον, ἀφρῶδές τε καὶ λευκὸν, ἐὰν δὲ μελαγχολικώτερον, ἤτοι μέλαν ἢ πελιδνὸν, ἐὰν δὲ μηδὲν τούτων, ἐρυθρόν. ἔστιν ὅτε καὶ λεπτὰ καὶ ἁλικὰ καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι, ὡς αὐτός που φησί. τί λέγω δὲ περὶ χρόας τῶν οὔρων; εἰ γὰρ μὴ εἶεν εἷς ἐμοῦ λόγος περὶ αὐτῶν, νὴ Δία πολλὰ γράφειν ἦν ἀναγκαῖον ἐνθάδε. ἀλλὰ μὲν οὐ χρεὼν τὰ αὐτὰ παραγράφειν καὶ διαμηκῦναι τὸν λόγον, τοσοῦτον προσθήσω, ὅπερ τῆς προγνωστικῆς τέχνης ἐστίν. οὔσης οὖν τῆς τετάρτης ἡμέρας ἐπιδήλου, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσε, καὶ σημαινούσης ὁποία τις ἡ ἑβδόμη γενήσεται, πᾶν ὅ τι περ ἂν ἐν αὐτῇ πρώτῃ φανῇ σημεῖον ἀξιόλογον πέψεως, τὴν ἐσομένην κρίσιν ἐπὶ τῆς ἑβδόμης δηλοῖ, καὶ τότε ἐρυθρὰ νεφέλη μὴ πρότερον γεγραμμένη καὶ πολὺ μᾶλλον αὐτῆς ἡ λευκὴ ἐπιφανεῖσα σημαίνει τὴν κρίσιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐναιώρημα λευκὸν, ὁμαλὸν καὶ συνεστηκός. εἰ δὲ κίνησις τῆς νόσου πάνυ ὀξὺς εἴη καὶ ἡ μεταβολὴ τῆς χρόας καὶ ἡ τῆς συστά-

ita ut ſi bilioſior ſanguis ſit, flavum aut pallidum ſputum ſit, ſi pituitoſior, ſpumeum et album, ſi magis melancholicus, nigrum aut lividum, ſi nihil horum ſubſit, rubrum: interdum vero etiam tenuia ſalſaque et colore ſincero infecta ſputa fiunt, ut ipſe quodam in loco memoravit, neque tamen inde facere de temperamento totius corporis conjecturam debemus. Age vero quid de urinarum colore dicemus? niſi enim unum ego de urinis librum conſcripſiſſem, certe multa de eis mihi eſſent hoc loco afferenda neceſſario. Verum nihil opus eſt eadem huc transferre et longiorem orationem inſtituere, tantum addam, quod ad praeſagiendi rationem valeat. Quum igitur quartus dies, ut ipſe nos docuit, index ſit et qualis ſeptimus ſit futurus nunciet, omne quodcunque in eo primo notabile concoctionis ſignum apparuerit, futuram ſeptimo die criſin ſignificat, ac tunc non modo rubra quaedam nubes apparet, quae viſa prius non eſſet, ſed etiam multo magis ſuſpenſum album, aequale et cohaerens. Si vero velox admodum ſit morbi motus, tunc coloris conſiſtentiaeque mu-

Ed. Chart. VIII. [511.]

tura pejoris fucci fit et copiofius ac vita in otio traducatur et eae mulieres frequentiore admodum concubitu prius uterentur, deinde ex toto et confeftim a priftino ufu fe abftinuerint. Haec autem fymptomata quae hyfterica nominantur ad uterum tanquam ad radicem pertinent. Ac quidam arbitrantur uterum effe velut animal quod gignendae prolis defiderio trahatur, proinde fi privetur iis quae concupifcit totum, ab eo corpus laedi, atque hoc ipfum apud Platonem fcriptum inveniri ajunt his fere verbis: *qui autem*, inquit, *uterus ac vulva in mulieribus appellatur, quum animal fit creandae prolis cupidum, fi intempeftive ac diutius vacans fructu fuerit, fuccenfens aegre molefteque fert et in omnem corporis partem pererrans ac fpiritus vias obftruens nec finens feminas munere fungi refpirationis in extremam dubitationem conjicit atque alios omnigenos morbos affert.* Sed hoc fciendum eft, ut alibi demonftravimus, uterum neque animal effe, neque per corpus vagari, fed modo furfum, modo in latus

Ed. Chart. VIII. [532.]
δὲ καὶ παρασπᾶται, διότι πληροῦται πνεύματος καὶ οὕτως εἰς εὖρος ἐπιδιδοῖ καὶ τοῦ μήκους ἀφαιρεῖται καὶ διὰ τοῦτο ἀνασπᾶται. τὸ δὲ πλῆθος ἐκ τῆς τῶν καταμηνίων ἐπισχέσεως παραγίνεται καὶ οὕτω τὰ ἀρτήματα τῆς μήτρας διαβρεχόμενα τείνονται. τῇ δὲ τούτων τάσει κατὰ τὸ συνεχὲς αἱ μῆτραι συνανασπῶνται· ἐὰν μὲν οὖν ἰσοῤῥόπως ἕλκονται πανταχόθεν, ἀπαρέγκλιτος αὐτῶν ἡ μετάστασις γίνεται· ἐὰν δὲ ἑτεροῤῥόπως, πρὸς τὸ μᾶλλον ἕλκον ἐκτείνονται. συμβαίνει δὲ ταῖς γυναιξὶ καὶ ὁ ῥοῦς καλούμενος γυναικεῖος καὶ χωρὶς τοῦ πεπονθέναι τὰς μήτρας, ὅλον δηλονότι τοῦ σώματος ἐκκαθαιρομένου τε καὶ κενουμένου δι' αὐτῆς, ὥσπερ καὶ διὰ νεφρῶν ἐκκενοῦται, ὅπερ ἰάσασθαι εἴωθα διὰ τῶν τοῦ παντὸς σώματος βοηθημάτων· ἡ δὲ φλεγμονὴ τῆς ὑστέρας ἐκ πλειόνων αἰτίων γίνεται, ὡς ἐκ πληγῆς καὶ τῆς τῶν ἐμμήνων ἐποχῆς, ἀπό τε ψύξεως καὶ πνευματώσεως καὶ ἐξαμβλώσεως καὶ ἐκ τοκετῶν διὰ κακὴν κύησιν. τῇ δὲ φλεγμονῇ παρέπεται πυρετὸς ὀξὺς, ὀδύνη τῆς κεφαλῆς καὶ βάσεως ὀφθαλμῶν καὶ τραχήλου κατασπασμὸς καὶ παρέγκλι-

retrahi, propterea quod ſpiritu impletur, itaque latitudo amplificatur, longitudo vero fit brevior ob eamque cauſam ſurſum trahitur. Plenitudo autem ex menſtruis purgationibus quae retentae ſint oritur atque ita uteri vincula humore perfuſa extenduntur, his porro extentis, uterus continui ratione ſimul contrahitur, itaque ſi aequaliter ex omni parte trahantur, ipſorum commutatio in nullam partem propendebit. Si vero inaequaliter, ad partem vehementius trahentem extendentur. Vexat vero etiam interdum feminas fluor is quem muliebrem nominant idque ſine ulla uteri affectione, quum univerſum corpus per uterum expurgatur et evacuatur, ſicut etiam evacuari quandoque per renes ſolet. Uteri autem inflammatio ex multis excitatur cauſis, ut ex ictu, ut ex menſtruis ſuppreſſis, ut a refrigeratione, ut ab inflatione, ut ex abortu, ut ex partu aegre edito. Inflammationem ſequitur acuta febris, capitis ac ſedis oculorum dolor, colli

Ed. Chart. VIII. [532.]

σις ἐπὶ τἀναντία, στομάχου συμπάθεια, μύσις τῆς ὑστέρας στομίου[1] καὶ μικρότης τε καὶ πυκνότης σφυγμῶν. αὕτη δὲ ἡ φλεγμονὴ εἰς ἀπόστασιν μεταβάλλεται. καὶ τότε ἄτακτοι μετὰ φρίκης ἐπισημασίαι γίνονται. καὶ ἕλκεται πολλάκις ὑστέρα διὰ δυστοκίαν ἢ ἐμβρυουλγίαν ἢ φθορὰν ἢ ὑπὸ δριμύτητος τοῦ φαρμάκου ἢ ὑπὸ ῥεύματος ἢ ἐξ ἀποστημάτων συῤῥαγέντων καὶ τελευταῖον ἐνίοτε εἰς καρκίνον,[2] ἀλλὰ καὶ σκίῤῥος καὶ σκλήρωμα καὶ ἐμπνευμάτωσις ἐνοχλοῦσιν. ὧν ἁπάντων διὰ βραχέων ἰάματα προστιθέμην, εἰ μὴ πολλάκις εἴρηταί μοι καὶ νῦν οὐ καιρὸς τούτων, ὅς οὐδὲ περὶ τῆς προπτώσεως τῆς ὑστέρας, οὐδὲ περὶ τῶν φυμῶν ἐν αὐτῇ καὶ τῶν ἄλλων παθῶν λέγειν χρή. * * * * τὰς μὲν οὖν ψυχροτέρας τῶν ὑστερικῶν * * * * καὶ τῶν εὐωδῶν σπερμάτων * * * * γλάκωνος κόμην * * * * ἀρτεμισία, πήγανον * * * * ἄκωρον * * * * καταπλάττειν δὲ

1. Corr. στομίου pro στομάτου. 2. Corr. εἰς καρκῖνον pro ἐγκαρκῖνον.

convulſio, inclinatio in adverſum, ſtomachi ex conſenſu dolor, tum vero os vulvae connivet, pulſus parvi crebrique redduntur. Inflammatio vero in abſceſſum tranſit, quo tempore inordinatae cum horrore acceſſiones mulieres invadunt et exulceratur ſaepe uterus ex difficili partu aut foetu extracto aut corrupto vel ab acribus medicamentis aut a fluxu aut a ruptis abſceſſibus atque interdum in cancrum deſinit, quin etiam ſcirrhum vulva contrahit aut duritiam aut inflationem, a quibus vexatur, quorum morborum remedia ego breviter ſubjungerem, niſi de eis ſaepe verba feciſſem ac nunc non eſſet de iis loquendi locus, ſicut neque de utero procidenti, neque de eodem, quum ejus os occluditur, neque de aliis ejusdem morbis in praeſentia dicendum eſt. * * * * Eas vero quae ex utero ſtrangulantur quae ſint frigidiores * * * * admotis ſeminibus odoratis * * * * pulegii coma, * * * * artemiſia, ruta * * * * acorum * * * * ſuperdare autem convenit * * * *

Ed. Chart. VIII. [532. 533.]

προσήκει * * * * διά τε σμύρνης καὶ * * * * τέμνοντα τὸ πάχος * * * * εἰ δὲ καὶ ὑγρότητα τῶν ὑστέρων μὴ δύναι * * * * ξηροτέραν δ' ὑστέραν οὖσαν * * * * διὰ τῶν ἐναντίων ἰᾶσθαι * * * * τὰ μέντοι πνεύματα ἐν τῇ ὑστέρᾳ ἐνόντα κωλύει καὶ ἀποβάλλει τὰ βοηθήματα. * * * * * διὸ χρὴ κατ' ἄλλον τρόπον ἰάσασθαι. * * * * * ἀλυσιτελὲς εἶναι δοκεῖ. κἀκεῖνο δὲ ἀσύμφορον, ὅπερ ἰῶδες, ποικίλον ἢ αἱματῶδες καὶ ξυσματῶδες * * * * ποῖα [1] δὲ κακὰ ποῖά τε καὶ ἐπ' ἀγαθῷ ἐστιν, ἄκουε δὴ αὐτοῦ λέγοντος. διαχώρημα δ' ἄριστόν ἐστι μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς καὶ τὴν ὥρην, ἥνπερ καὶ ὑγιαίνων ὑπεχώρει. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων, οὔσης γὰρ τοιαύτης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλία ὑγιαίνοι ἄν. εἰ δὲ ὑγρὸν, ξυμφέρει μήτε τρύζειν μήτε πυκνόν τε καὶ κατ' ὀλίγον ὑποχωρέειν. κοπιῶν γὰρ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς συνεχέως ἐξαναστάσεως,

1. l. II. de purg. 13.

tum ex myrrha et [533] quae craſſitudinem incidant * * * * Si vero propter uteri humorem non poſſis * * * at ejus qui ſiccior ſit * * eſt a contrariis petenda curatio * * * * ſed flatus qui uterum vexent prohibet et auxilia quae admoventur repellit. * * * * quocirca oportet aliam curationis inire rationem * * * * inutile eſſe plane perſpicitur, ſed et illud eſſe incommodum videtur quod aeruginoſum, varium aut cruentum aut ramentoſum, * * * * quaeque boni et quae male conſulenda ſint, ab ipſo perdiſce. Sic enim ſcriptum reliquit: *alvi*, inquit, *excrementum optimum eſt quod molle eſt et conſiſtens et eodem tempore quo in bona valetudine excernitur et ad proportionem eorum quae ingeruntur. Si enim talis dejectio ſit, inferiorem ventrem recte valere declarat;* at ſi liquida fuerit, utile erit, ut ſine ſtridore, neque frequenter, neque ex brevibus intervallis dejiciatur: creber enim deſi-

Ed. Chart. VIII. [533.]
ἀγρυπνίη ἄν, εἰ δὲ ἀθρόον πολλάκις διαχωρέοι, κίνδυνος λειποθυμῆσαι. ἐν τούτοις γὰρ τῶν ἀρίστων διαχωρημάτων ἀπὸ συστάσεως καὶ ποσότητος καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἐκκρίνεται τὴν διάγνωσιν ἡμῖν παρεδίδου. τῆς δὲ ὑγρότητος τῶν διαχωρημάτων αἴτιόν ἐστιν ὅτι μὴ γεγένηται ἐκ τῆς κοιλίας ἡ εἰς τὸ ἧπαρ ἀνάδοσις ἢ διὰ τὸ μὴ κατεῤῥυηκέναι τῇ τῶν ἐξ ἥπατος ἢ σπληνὸς περιττωμάτων εἰς αὐτὴν καὶ τοῦτο οἴονται ἀγαθὸν καὶ κακὸν εἶναι· ἀγαθὸν μὲν, ἐὰν καὶ τὸ ἧπαρ ἢ σπλὴν καὶ πᾶν σῶμα ἐκκαθαίρηται[1] διὰ τοῦ ἥπατος· οὐκ ἀγαθὸν δὲ ὅταν σύμπτωμά ἐστι μὴ καλῶς γινομένης ἀναδόσεως * * * * νῦν δὲ τὰ κάκιστα τῶν διαχωρημάτων σημαίνει. μὴ μόνον ἀπὸ τῆς συστάσεως καὶ ποσότητος καὶ χρόνου τῆς ἐκκρίσεως διαγινώσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ[2] ἐκ τῆς χροιᾶς καὶ τῆς ὀσμῆς καὶ ψόφου τούτοις συνεζευγμένου· φησὶ γὰρ, ὑδαρὲς γὰρ κάρτα ἢ λευκὸν ἢ χλωρὸν ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς ἢ ἀφρῶδες. πονηρὰ ταῦτα πάντα, ὡς καὶ γλίσχρον καὶ λευκὸν καὶ ὑπόχλωρον

1. *Corr.* ἐκκαθαίρηται pro ἐκκατέρυται. 2. lib. II. progn. XX.

dendi labor vigiliam parit, quum vero aeger affatim saepeque dejicit, ne animus ipsum deficiat periculum est. In his nos docuit, ut perspecta consistentia, quantitate et tempore dejectionis quae optima sint alvi excrementa cognoscamus. Ut autem excrementa liquida sint, causa est quia ex ventriculo in jecur non sit facta distributio, vel quia de jecore aut liene aliquod excrementum in ipsum defluxerit, idque et bonum et malum esse potest; ac bonum quidem, si et jecur et lien et totum denique corpus per jecur expurgetur, non bonum vero, quum symptoma est, propterea quod non recte sit facta distributio * * * * nunc vero indicat, pessima excrementa non modo a consistentia, quantitate et tempore quo dejiciuntur dignosci, sed ex colore, odore et sonitu qui cum eis sit conjunctus, ait enim: *quod valde liquidum est, albicans aut pallidum aut rubrum vehementer aut spumeum, pravum est, sicut etiam glutinosum, album, subpallidum, lene;*

Ed. Chart. VIII. [533.]

καὶ λεῖον· αἴτιόν ἐστιν ὅτι ὑδαρὲς ἀπεψίας σημεῖον, λευκὸν δὲ τοῦ μὴ κατιέναι εἰς τὰ τῆς κοιλίας χωρία τὴν ὠχρὰν χολὴν πολλὴν ἐξ ἥπατος. τὸ δὲ χλωρὸν τὴν ὠχρὰν χολὴν πολλὴν μεμῦκται καὶ τὴν ἰώδη. ἀφρῶδες δὲ ποτὲ μὲν δηλώσει τὸ πνεῦμα φυσῶδες, ὑγρῷ δυσλύτῳ μεμιγμένον, ποτὲ δὲ θέρμην πολλήν· μικρὰ δὲ καὶ γλίσχρα καὶ λευκὴ διαχώρησις συντήξεως σημεῖον ἔσται· πιμελῆς δηλονότι τετηκυίας ὑπὸ πυρώδους μὲν θερμότητος; οὐ μὴν λίαν κακοήθους. ὑπόχλωρος δὲ καὶ λεία τοῦ αὐτοῦ σημεῖόν ἐστιν. ἀλλὰ τῆς πιμελῆς διὰ θερμότητα σφοδροτέραν τετηκυίας ἢ τῆς αὐτῆς πιμελῆς παλαιᾶς καὶ οἷον ἡμισαποῦς[1] *οὔσης* * * * * *ἔτι δὲ ἔνθα λέγει* * * * * *καὶ πάλιν· τὰ δὲ μέλανα ἢ λιπαρὰ ἢ πέλια ἢ ἰώδεα καὶ κάκοσμα. ὅτι μὲν τὰ μέλανα ὑπὸ μελαίνης χολῆς ἀκράτου κεχωρισμένα ἐστὶ πρόδηλον. πελιδνὰ δὲ τῆς αὐτῆς μετρίας, λιπαρὰ δὲ διαχωρεῖται, συντηκομένης πιμελῆς ὑπὸ πυρώδους θερμασίας, κάκοσμα δὲ τὴν σηπεδόνα σημαί-*

1. *Corr.* ἡμισαποῦς pro ἡμισαφοῦς repoſuit.

caufa eft quia liquidum eft cruditatis fignum; album vero indicat, pallidam bilem in ventrem ex jecore non defcendere; pallidum, magnam pallidae aeruginofaeque bilis copiam admixtam effe; fpumeum vero modo indicabit flatuofum fpiritum effe cum humore qui difficulter folvatur permixtum; modo vero caloris copiam; exigua porro tenax albaque dejectio erit colliquationis nota: quod nimirum pinguedo ab igneo calore, qui tamen non admodum malignus fit, liquefiat, quae vero fubpallida lenisque eft, ejusdem eft colliquationis indicium, fed fignificat pinguedinem a vehementiore calore confumi aut quia pinguedo vetus aut femiputris exiftat. * * * * Praeterea ubi ait: * * * * Itemque quum fubjungit, nigra, pinguia, livida, aeruginofa, foetida, planum eft nigra eum colorem ab atra bile pura contraxiffe, livida ab eadem, fed modica, pinguia autem dejiciuntur, quod pinguedo ab igneo calore fimul colliquetur, foetida vero corrupte-

Ed. Chart. VIII. [533.]
νει * * * * ὅθεν τὰ ποικίλα πολλὰς διαθέσεις εἶναι δηλοῦσιν. * * * * ἀκράτους δὲ εἴωθεν αὐτὸς ὑποχωρήσεις ὀνομάζειν τὰς ἀμίκτους ὑδατώδους ὑγρότητος, αὐτοῦ τοῦ κενωμένου χυμοῦ μόνου διαχωροῦντος, εἴτε πικρόχολος εἴτε μελαγχολικὸς, εἴτε πρασοειδὴς, εἴτε ὁ τῆς ἰσώδος λεγομένης χολῆς. σημεῖον[1] γάρ ἐστι τὴν κατὰ φύσιν ὑγρότητα πᾶσαν ὑπὸ τῆς πυρετώδους θερμασίας ἐκπεφρῦχθαι. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ἄκριτα, ὠχρὰ καὶ ξανθὰ καὶ πυῤῥὰ καὶ ἐρυθρὰ καὶ ἰώδη καὶ μέλανα διαχωρεῖσθαι. ὡς[2] καὶ ἐξέρυθρος περίπλησις ἐν ταῖς ἡπατικαῖς διαθέσεσι γίνεται. καὶ διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν αἱματώδεις γίνονται διαχωρήσεις, ποτὲ δὲ ἐξέρυθροι. * * * * καθότι[3] δέδεικται διὰ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιῶν * * * * ἐμφαίνων πάλιν ὡς ἑωρακώς τινα τοιοῦτον ἄῤῥωστον, ἐφ' οὗ ὑπὸ τῆς φύσεως ὁρμή[4] τις ἐγένετο πρὸς τὰ ἔντερα καὶ τὴν κάτω κοιλίαν. * * * * σκεπ * * * *

1. lib. II. in III. epidem. VIII. 2. lib. I. prorrh. II. 3. III. in prorrh. LXIV. 4. *Corr.* ὁρμή τις, vel ἡ pro ὁρμητής.

lam ſubeſſe ſignificant. * * * * proinde fit ut varia multorum * * * * affectuum ſint indicia * * * * ſinceras vero ipſe dejectiones appellare conſuevit, quae nulla ſunt aquoſa humiditate permixtae, ſolo humore qui vacuatur, ſive is bilioſus ſit, ſive melancholicus, ſive porri colorem imitetur, ſive bilis ſit, quae aeruginoſa nominatur, inteſtina pervadente: hujusmodi enim dejectiones exuſtam eſſe omnem nativam humiditatem a calore febris indicant, uſu vero etiam quandoque venit, ut ſincera quae pallida aut flava aut fulva aut rufa aut aeruginoſa aut nigra ſint dejiciantur, ſicut etiam praerubra illa eſt proluvies quae in jecoris affectionibus excernitur, quamobrem modo cruentae, modo praerubrae redduntur * * * * aut in ſecundo de vulgaribus morbis oſtenſum eſt * * * * indicans quoque, perinde ac ipſemet quempiam conſpexerit, in quo natura impellente proruperit ad inteſtina et ventrem in-

Ed. Chart. VIII. [533.]
τοὔπίπαν γὰρ αἱ τοιαῦται διαχωρήσεις μετὰ στρόφων γίνονται, ὅταν μοχθηρὰ διάθεσις ᾖ, καθ' ἣν ἐκκρίνεται τὰ τοιαῦτα. * * * * ὅκου περὶ μελικράτου διαλέγεται· τὰ μὲν δὴ ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα· καὶ μᾶλλον θερμὰ τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει. ὅσῳ γὰρ ἀκρατέστερον ἂν ᾖ, τοσοῦτον μᾶλλον ἐκκριτικὸν γίνεται τὸ τοιοῦτον· καὶ τοῦτο τῶν χολωδῶν καὶ τῶν ἀφρωδῶν διαχωρημάτων αἴτιον ὑπάρχει· τὰ δὲ δάκνοντα περιττώματα κατὰ[1] διττὸν τρόπον εἰς κίνησιν ἀφικνεῖται, καθ' ἕνα μὲν ὑφ' ἑαυτῶν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων ὠθούμενα, δύναμιν ἐχόντων ἀποκριτικὴν τῶν ἀλλοτρίων, ὡς ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι δέδεικται, καθ' ἕτερον δὲ ὑπὸ κινήσεως σφοδροτέρας ἥνεκται, τῶν γυμνασίων ἐπικτᾶται ἔκ τε τρίψεως. τὰ μὲν οὖν ὑπόθερμα καὶ σηπεδονώδη περιττώματα δύναται μὴ μόνον φρίκην, ἀλλὰ καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸν ἐπιφέρειν· τὰ δὲ ὠμὰ καὶ λεπτομερῆ

1. lib. IV. de tuenda ſanitate II.

feriorem. * * * * plerumque enim hujusmodi dejectiones cum torminibus excernuntur, quum nimirum affectio in qua talia excernuntur prava fuerit. * * * * quo in loco de aqua mulſa differit; ceterum ſpumea alvi excrementa ac potius quae ſunt magis quam par ſit bilioſa, ac magis etiam calida, educit ea mulſa quae magis pura eſt, quam quae aquea: nam quo ſincerior ſit, eo majorem vim ad excernendum habet, haecque eſt bilioſarum ſpumantiumque dejectionum cauſa. Mordacia autem excrementa duobus modis ad motum incitantur; uno quum ab ipſo corpore ſenſibili impelluntur, utpote quod ejus quod alienum ſit expellendi vim habeat, ut in commentariis de naturalibus facultatibus probatum eſt; altero quum vehementiore motu agitantur, quem vel exercitationibus vel frictione adipiſcitur. Quae igitur ſubcalida putriaque excrementa ſunt, ea non modo horrorem, ſed rigorem quoque et febrem afferre poſſunt, cruda vero ac tenuia, ut horrorem quidem et rigorem afferant, certe

Ed. Chart. VIII. [533.]

φρίκην μὲν καὶ ῥῖγος ἐπιφέρει, πυρετὸν δὲ οὐκ ἐξάπτει, εἰ μὴ πλῆθος ἀξιόλογον ἑκατέροις προσίῃ. * * * * οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸν νοσοῦντα καὶ μάλιστα ὀξέως ῥωμαλεωτέραν ἔχειν τοῦ κατὰ φύσιν τὴν κοιλίαν. τὸ μὲν δὴ σὺν δήξει[1] τινὶ ταχέως διεξερχόμενον οὔτε ἰσχὺν οὔτε ἀῤῥωστίαν ὅλως ἐνδείκνυται τῆς δυνάμεως· ἀλλά τό γε χωρὶς δήξεως, ἤ τινος ἄλλου συμπτώματος ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ κενούμενον ἐῤῥῶσθαι τὰς τρεῖς τῆς κοιλίας ἐνδείκνυται δυνάμεις, τὴν ἀλλοιωτικὴν, τὴν καθεκτικὴν καὶ τὴν ἀποκριτικήν. τὸ μὲν οὖν ἄπεπτον[2] διαχώρημα τὸ λεπτὸν καὶ τραχὺ καὶ ἀχύμωτόν ἐστι καὶ τὴν τῶν ἐδεδεσμένων διαφυλάττων ποιότητα. τὸ δὲ ἐκ τῶν συῤῥεόντων ἐκ παντὸς τοῦ σώματος εἰς τὴν γαστέρα περιττωμάτων πυῤῥὸν[3] ἀκράτως ἐστίν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅταν τῆς πικρᾶς χολῆς χυμὸς ἄκρατός τε καὶ πολὺς εἰς τὴν γαστέρα συῤῥέει γίνεται. τὸ χλωρὸν δὲ τῆς ἰώδους ἐστὶ γνώρισμα, καθάπερ γε τὸ μέ-

1. manus prima συνδείξει, at corr. σὺν δήξει. 2. Corr. ἄπεπτον pro ἄμεμπτον. 3. Corr. πυῤῥὸν pro πυρῶν.

febrem non accendunt, nisi notabilis quaedam copia utrisque accedat. * * * * propterea quod usu non venit, ut aegrotus praesertim morbo acuto habeat ventrem robustiorem, quam in naturali statu habuisset, quamquam quod cum morsu aliquo celeriter secedit, neque robur virium, neque imbecillitatem plane indicat, sed quod sine morsu aut aliquo alio symptomate et opportuno tempore ad motum excitatur, id ipsum tres ventris facultates, alterantem, retinentem et expellentem valentes esse declarat, crudum vero alvi excrementum erit tenue, asperum, succi expers et quod eorum quae ingesta sint qualitatem servet, quod vero ex iis fit excrementis quae ex toto corpore in ventrem confluunt, id rufum sine permixtione est; quod tum denique accidit, quum amarae bilis humor purus et copiosus in ventrem confluit. Viride autem est aeruginosae indicium, ut nigrum est vel

Ed. Chart. VIII. [533.]
λαν ἤτοι τῆς μελαίνης ἢ τοῦ αἵματός τινος αὐτόθι κατοπτηθέντος. εἰ δὲ οἷον[1] πελιδνὸν φαίνοιτο κατὰ τὴν διαχώρησιν, οὐδενὸς ἐδεδεσμένου τοιούτου ψῦξιν τινὰ καὶ νέκρωσιν τῶν ἐντὸς ἀποδείκνυται, ὥσπερ εἰ καὶ λιπαρὸν, ὡς ἔφην, οὐδενὸς ἐδεδεσμένου λιπαροῦ, συντήξεώς ἐστι γνώρισμα καὶ τὸ λίαν[2] δυσῶδες, εἰ[3] μὴ καὶ τοῦτο εἴη κατὰ τὸ σιτίον οὐ σμικρὰν ἐνδείκνυται σῆψιν. * * * * αἱ γὰρ πολλαὶ διαθέσεις χρόνου πλείονος δέονται εἰς πέψιν καὶ τὸν κίνδυνον ἐπιφέρουσιν ὁμότιμον[4] τῷ πλήθει· καὶ γὰρ πέττεται ῥᾷον ἡ ἁπλῆ διάθεσις καὶ ἧττον[5] κινδυνώδης ἐστὶ τῆς[6] πολυειδοῦς· αὐτὸς δὲ ὁ Ἱπποκράτης ὅρον ποιεῖ τῆς διαχωρήσεως τὴν εὐφορίαν καὶ δυσφορίαν, ἵνα γνῶμεν ὅπου δεῖ παύειν, ὅπου δὲ οὔ. οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς[7] εἶπεν· ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρειν καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, τὰ δ' ἐναντία δυσχερῶς. τῶν μὲν οὖν λυπούντων

1. manus prima οἵων. 2. *Corr.* λίαν pro λεῖον. 3. *Corr.* εἰ pro ἢ. 4. *Corr.* mavult ὁμότιμον, quam ὁμοιότιμον. 5. *Corr.* ἧττον pro ἥττων. 6. *Corr.* ἐστὶ τῆς pro τίς. 7. lib. IV. aph. II.

atrae vel ſanguinis in eo loco peruſti, ſi vero velut quid lividum in excrementis appareat, nec quid tale aeger ſumpſerit, refrigerationem quandam et exſtinctionem partium internarum indicabit, ſicut etiam ſi pingue ſit nec quid ejusmodi aeger comederit, eſt, ut dixi, colliquationis nota et quod valde foetet, ſi hoc etiam ex cibo non proficiſcatur, non mediocrem ſubeſſe corruptelam declarat. * * * * multae enim affectiones longius tempus in quo concoquantur poſtulant periculumque multitudini et copiae par afferunt: facilius enim ſimplex concoquitur affectio minusque periculoſum eſt quam multiplex periculoſa. Ceterum Hippocrates terminum dejectionibus proſcripſit facilitatem aut difficultatem tolerandi ut ſciamus quo in loco ceſſandum, in quo ſecus; ſic etiam in aphoriſmis cenſuit, quum ait: *ſi qualia purgari oportet, purgentur, confert et facile ferunt; contraria difficulter.*

Ed. Chart. VIII. [533. 534]
κενουμένων εὐφορήσουσιν οἱ κάμνοντες, οἱ δὲ ἕτερόν τι κενοῖτο καὶ μὴ τὸ λυποῦν, ἀνάγκη πᾶσα δυσφορεῖν αὐτοὺς, αἰσχρὸν γάρ ἐστι τὸν ἰατρὸν ἐᾷν τοὺς κάμνοντας εἰς κίνδυνον ἰέναι, πρὶν τοῦ κωλῦσαι καὶ παύειν τὸ ἀμέτρως περιῤῥέον. διὸ κελεύει τὰ διαχωρήματα καθορᾷν καὶ μὴ μόνον τὴν ποιότητα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποσότητα καὶ τὴν εὐφορίαν τε[1] *καὶ τὴν δυσφορίαν καὶ τὴν δύναμιν τοῦ νοσοῦντος καὶ τοὺς λοιποὺς διορισμοὺς, περὶ ὧν ἡμεῖς ἤδη πολλάκις εἰρήκαμεν.*

κ'.

Πεπασμὸς, κατάβασις τῶν κάτω, ἐπιπόλασις τῶν ἄνω καὶ τὰ ἐξ ὑστερέων καὶ ἐν ὠσὶ ῥύπος, ὀργασμὸς, ἄνοιξις, κένωσις, θάλψις, ψύξις, ἔσωθεν ἔξωθεν, τῶν μὲν, τῶν δὲ οὔ.

1. *Corr.* τε pro δέ.

Nam si quae vexant evacuentur, aegroti facile ferent, si quid vero aliud evacuetur, ac non id quod molestum est, omnino necesse est eos id moleste esse laturos. Turpe enim [534] medico est, si permittat aegrotum adire periculum prius quam id quod immodice circumfluit cohibeat et comprimat; quocirca jubet ut excrementa alvi perspiciamus, ac non solum qualitatem, sed etiam quantitatem contemplemur; tum tolerandi facilitatem et difficultatem et vires aegrotantis ac ceteras distinctiones de quibus nos jam saepe loquuti sumus diligenter attendamus.

XX.

Maturatio, descensus eorum quae infra sunt, fluctuatio eorum quae supra et quae ex uteris feruntur et in auribus sordes; humoris concitatio, vasorum adapertio; vacuatio, calefactio, refrigeratio, intra, extra, horum quidem, illorum minime.

Ed. Chart. VIII. [534.]

Ἀποπάτους[1] δὲ δεῖ διαχωρέειν τοῖσι ταλαιπωρέουσιν, ἔστ' ἂν ὀλιγοσιτέωσί τε καὶ ὀλιγοποτέωσι, σμικρούς τε καὶ σκληρούς· ὅσα δ' ὑγρότερά ἐστι τῶν διαχωρημάτων ἢ ὥστε ἐκτυποῦσθαι ἐν τῇ διεξόδῳ, ταῦτα πάντα τοῖσι κακίω. τοῖς δὲ συχνὰ ἐσθίουσιν ἤδη καὶ πολλὰ ταλαιπωρέουσι τὴν διέξοδον χρὴ μαλθακὴν ἐοῦσαν ξηρὰν εἶναι. εἰ δ' ἐπιπυρεταίνοιεν οἱ ἄνθρωποι ἢ ὑποστρέφοιεν αἱ διάῤῥοιαι, εἰ μικραὶ γίγνοιντο, πάντως πονηραὶ εἴτε χολώδεις ἦσαν εἴτε φλεγματώδεις εἴτε ὠμαὶ μέχρι τοῦ ὁκόταν ἐκ κάτωθεν.

Προελθὼν[2] ἐρεῖ πέπονα φαρμακεύειν. καὶ ἄνωθεν εἶπεν οἱ πεπασμοὶ ἔξω ἢ εἴσω ῥεπόντων· ἢ ὅποι δεῖ. τὴν αὐτὴν ῥοπὴν λέγει νῦν. τὰ μὲν γὰρ καταβαίνοντα διὰ τῶν κάτω ἄγειν χρὴ, εἰ πεπασμὸς παρείη, τὰ δὲ ἐπιπολάζοντα, τοῦτ' ἔστι τὰ ἄνω ῥέποντα, διὰ τῶν ἄνω. ὡσαύτως δὲ ποιητέον περὶ λοιπῶν. τὸ[3] δὲ ἐν ὠσὶ ῥύπος[4] θεωρητέον. εὑρήσεις γάρ τινας ῥευματιζομένους τὰ ὦτα ποτὲ μὲν ἰχῶρι λεπτῷ καὶ ὑγρῷ,

1. Sic manus ſecunda in margine. 2. Sic manus prima.
3. *Corr.* τὸ pro τόν. 4. I. in Epid. II.

[*Alvi autem egeſtiones iis qui ſeſe laboribus exercent, quamdiu parum ederint parumque potaverint, modicas ac duras eſſe oportet; quae vero liquidiores ſunt, ut in transitu conformentur, hae ſane ſunt omnes deteriores; at iis qui multum edunt multumque laborant, oportet transitum excrementorum mollem ſiccumque eſſe, ſi vero inſuper homines febrem habeant aut alvi profluvii repetierint eaque longa fuerint, penitus mala cenſentur, ſive ea bilioſa, ſive pituitoſa, ſive cruda ſint.*]

Paulo poſt monebit, *concocta medicari oportere* et ſupra etiam dixit, *maturationes intro aut foras aut quo decet vergere*, idem momentum et eandem inclinationem humorum nunc innuit eſſe attendendam. Nam quae infra deſcendunt, ſi matura concoctaque ſint, per infernas educi partes poſtulant; quae vero ſuperfluitant, hoc eſt quae ſupra vergunt, per ſuperiores; ceterorum eſt eadem ratio. Sordes autem aurium ſpectare oportet: comperies enim quorum aures deſtillatione laborent, modo liquore

Ed. Chart. VIII. [534.]

ποτὲ δὲ οἷον πυώδει τε καὶ δυσώδει, τῶν ἀσθενῶν μορίων εἰωθότων καὶ πολὺ καὶ μοχθηρὸν περίττωμα γεννᾷν. καὶ γὰρ αἱ βαρυηκοΐαι καὶ κωφότητες, ἤτοι διά τι[1] τῶν κατὰ τὰ ὦτα μορίων ἢ διὰ τὸ καθῆκον ἐξ ἐγκεφάλου νεῦρον ἢ[2] διὰ τὸ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει βεβλαμμένον, ὅθεν αὐτοῦ τὸ νεῦρον ἀποφύεται[3], συνίστανται. πολλάκις δὲ καὶ διὰ τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον, οἷος ἐν τῷ πόρῳ[4] γίνεται ἢ πορώδους τινὸς ἢ σαρκώδους βλαστήματος ἐπιτραφέντος ἐκ τῶν παρὰ φύσιν ἐμφραττόντων τὸν πόρον, ὧν ἐστι καὶ ὁ ῥύπος, ὃ συνήθως ἐν ὠσὶ γινόμενον. οὕτω καὶ[5] τὸν ὀργασμὸν βλέπειν δεῖ.[6] ἐπὶ γὰρ τῶν ἑτοιμοτάτων εἰς ἔκκρισιν ἐπειγομένων τε πρὸς κένωσιν ὑγρῶν κατὰ πολλοὺς ἀφορισμοὺς φαίνεται χρώμενος τῇ ὀργᾷ φωνῇ, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν ὀργούντων ζώων, ὡς ἐν τῷ ἑξῆς ὑπομνήματι ῥηθήσεται, ἐν ἐκείνῃ τῇ ῥήσει, ἧς ἀρχὴ πέπονα φαρμακεύειν.

1. *Corr.* τί pro τῇ. 2. *Corr.* ἢ pro ποῖ. 3. τὸ νεῦρον ἀποφύεται pro τῶν νεύρων ἀποφύγεται. 4. *Corr.* πόρῳ pro πόῤῥω. 5. l. II. in IV. Epid. IX. 6. *Corr.* δεῖ pro τι et ἐπὶ pro ἐπεί.

quodam tenui ac liquido, modo ceu purulento ac foetido, quum membra debilia et multum et pravum colligere excrementum consueverint. Nam et gravitates audiendi et surditates aut propter aliquam aurium particulam aut propter nervum qui in eas a cerebro porrigitur aut propter cerebrum ipsum in ea parte laesum, unde nervus exoritur, constare videntur aut etiam a tumore aliquo praeter naturam proficiscuntur qui in meatu excitetur, quod ibi germen, quod tophi aut carnis speciem gerat, sit enatum, idque ex illis sit quae praeter naturam meatum obstruunt, e quorum numero sunt etiam sordes quae de more in auribus gignuntur. Orgasmum quoque ait esse attendendum: in plerisque enim aphorismis verbo ὀργᾷν, hoc est *turgere et irritare*, quum de iis agit humoribus qui sunt ad excretionem paratissimi et ad evacuationem properant, uti videtur, idque per translationem ab animantibus ad venerem concitatis, ut in sequenti commentario ostendemus, quum ea verba quorum initium est hoc, *concocta medi-*

Ed. Chart. VIII. [534.]

Ἄνοιξις δὲ ἡ τῶν πόρων ἢ καὶ τῶν ἐκροῶν, αἵπερ εἰσὶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ἐνίοτε μὲν ὠφελεῖ, ἀνοίγονται δὲ καὶ αἱ φλέβες ἐν ταῖς αἱμοῤῥαγίαις καὶ ἀναστομοῦνται, καὶ ἄλλως ῥέει τὰ περιττώματα ἀνοιγμένων τῶν ἀγγείων. τότε γὰρ δεῖ ὁρᾶν τὴν κένωσιν τὴν θάλψιν τοῦ μορίου καὶ τὴν ψύξιν, μάλιστα δὲ τῶν ἄρθρων, καὶ λογίζεσθαι εἰ χρὴ ἄγειν ἔσωθεν ἢ ἔξωθεν ἢ τοὐναντίον, καὶ ὅπου τοῦτο ποιητέον, ὅπου τε μή. ἔστι γὰρ πολλὰ ἃ μὴ χρήσει θάλψεως ἢ ψύξεως, πολλὰ δὲ τοὐναντίον. καὶ τοῦτό γε μὴ μόνον ἐν τοῖς τοῦ σώματος μορίοις εἰδέναι σε χρὴ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς νόσοις τε καὶ συμπτώμασιν. ἅπερ[1] οὐλήσουσί σε ὑπὲρ τὰ ἡμέτερα περὶ ὧν ἐν νόσοις αἰτίων τε καὶ συμπτωμάτων ὑπομνήματα ἀναγινώσκειν ἐθέλοις. (τὰ[2] δὲ περὶ τῶν αποπάτων τε καὶ τῶν λοιπῶν ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις οὐχ εὑρίσκεται.)

1. vel εἴπερ. 2. Haec Corrector.

---

cari, interpretabimur. *Adapertio* autem aut meatuum aut effluxuum qui in toto ſunt corpore interdum nocet, interdum prodeſt; ac venae etiam in ſanguinis eruptionibus aperiuntur et reſerantur et item quae ſupervacanea ſunt adapertis vaſis fluere ſolent, quo ſane tempore inſpicienda evacuatio eſt calorisque ac refrigerationis partium, praeſertim extremarum, eſt habenda ratio, ac conſiderandum extrinſecusne an intrinſecus an contra ducere conveniat et ubi hoc ſit agendum, ubi ſecus: multa enim ſunt quae nec calorem nec refrigerationem poſtulant, multa vero contra. Id autem non modo in corporis partibus tibi pernoſcendum eſt, ſed in morbis quoque et ſymptomatis quae certe non te fugient, ſi noſtros de cauſis morborum et ſymptomatum perlegere libros volueris. Quae autem de alvi dejectionibus deque aliis hic dicuntur in veteribus libris non reperiuntur.

Ed. Chart. VIII. [534.]

κα'.

Ὁκόταν[1] ἐκ κάτωθεν ὀμφαλοῦ τὸ στρέφον, βραδὺς καὶ μαλθακὸς ὁ στρόφος, ἔμπαλιν δὲ τοὐναντίον.

Ὥσπερ φησὶν αὐτὸς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς[2], τοῖς ἀπυρέτοις οὖσιν ἢν γένηται στρόφος καὶ γονάτων βάρος καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακίας δεῖσθαι σημαίνει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα γράφει, τὸν στρόφον βραδὺν καὶ μαλθακὸν εἶναι,[3] εἰ ἐκ τῶν κάτωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ μορίων γένηται, ἐναντίον δὲ, εἰ ἐκ τῶν ἄνωθεν. τοὺς δὲ στρόφους ἰᾶσθαι δεῖ ὅταν καὶ ἐκ δήξεών τινων καὶ στρόφων ἐκλύσεις γίνωνται.

κβ'.

Τὰ διαχωρέοντα ᾗ ῥέπει, ἄναφρα, πέπονα, ὠμὰ, ψυχρὰ, δυσώδεα, ξηρὰ, ὑγρὰ, ὀσμικακώδεα.

1. manus prima. 2. IV. aph. XX. 3. Verba εἶναι etc. usque ad μορίων in manufcr. uncinis inclufa funt.

XXI.

Quum infra umbilicum quae torquent fuerint, ea tarda ac mollia tormina funt. Vice verfa contra.

Ut eft ab ipfo in aphorifmis confcriptum, fi citra febrem tormina adfint genuumque gravitas et dolor lumborum, inferna opus effe purgatione fignificant, ita hoc etiam loco ait, tormina tarda molliaque effe, fi partes infra umbilicum obfideant, contra vero fore, fi a fuperioribus oriantur. Ceterum curanda funt tormina, quum ex morfibus quibusdam aut torminibus diffolutiones proveniunt.

XXII.

Quae per alvum fecedunt, qua repunt, fpumae expertia, cocta, cruda, frigida, foetida, ficca, humida, prave olentia.

Ed. Chart. VIII. [534. 535.]

Περὶ τῶν αὐτομάτως διαχωρούντων ὁ[1] λόγος αὐτῷ· θεωρητέον γὰρ ὅπη ῥέπει, κἂν διὰ συμφερόντων μορίων καὶ ὡς δεῖ καὶ οἷα καὶ ὅσα προσήκει ἐᾷν. μάλιστα δὲ εἰ ἄναφρα καὶ πέπονα εἴη. τότε γὰρ ἡ φύσις ἐκκρίνει αὐτὰ κατὰ κρίσιν καὶ ἴσως καὶ ἐν ἡμέρᾳ κρισίμῳ. εἰ δὲ ὠμὰ εἶεν, τότε τῶν διορισμῶν μέμνησο περὶ ὧν εἴπομεν ἄνω. λέγω δὲ τὴν εὐφορίαν καὶ τὴν δυσφορίαν· κἂν γὰρ ὠμὰ καὶ ψυχρὰ, κἂν δυσώδη ἢ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ ᾖ, ὁ δὲ κάμνων εὐφόρως φέρῃ, μὴ παύειν χρή· εἰ δὲ δυσχερῶς καὶ δυσφόρως, κωλύειν.

κγ'.

Δίψα πρόσθεν μὴ ἐοῦσα, μηδὲ καῦμα, μηδὲ ἄλλη πρόφασις, οὖρον,[2] ῥινὸς ὑγρασμός.

---

1. *Corr.* ὁ uncinis inclusit. 2. *Corr.* οὖρον pro οὔρων.

De iis agit, quae sua sponte dejiciuntur: videndum enim est qua vergant, ac si per loca opportuna et ut oportet et qualia et quanta dejici opus est, permittendum ut egerantur, praesertim si non spumea et concocta [535] sint, siquidem natura tunc eadem per judicationem excernit, ac fortasse etiam id in die critico facit. Verum si cruda sint, tunc habe in memoria eas distinctiones quarum supra mentionem feci, hoc est facilitatem tolerandi et difficultatem. Sive enim cruda, sive frigida, sive foetida, sive liquida, sive sicca sint, aegrotus vero facile ferat, cohibenda non sunt, at si ille aegre et difficulter toleret, supprimenda.

XXIII.

Quae sitis prius non adfuit, neque aestus, neque alia causa, urina, nasi humectatio.

Ταῦτα ὡς σημεῖα προσέθηκεν. ἡ μὲν οὖν δίψα νῦν ἐνοχλεῖ μὴ οὖσα πρόσθεν, σημαίνει τὴν θερμασίαν μείζονα γεγονέναι. μᾶλλον δὲ ἢν μήτε καῦμα ᾖ μήτε ἄλλη πρόφασίς τις προσῇ.[1] ὀνομάζει δὲ προφάσεις ὁ Ἱπποκράτης ἐνίοτε μὲν τὰς ψευδῶς λεγομένας αἰτίας, πολλάκις δὲ καὶ τὰς φανερὰς αἰτίας. οὕτω γὰρ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν περὶ διαίτης ὀξέων, διὸ, φησὶ, προσεκτέον τῷ ἰωμένῳ ὅκως μὴ διαλήσεταί τις τῶν προφάσεων. προσέχειν δὲ δεῖ καὶ νοῦν τῷ οὔρῳ καὶ τούτῳ[2] μᾶλλον, εἰ πρότερον μήτε τοιοῦτον μήτε τοσοῦτον ἦν, καὶ τῷ ὑγρασμῷ τῆς ῥινὸς, ἵνα ποιῇς ὅπερ αὐτὸς κελεύει. ὡς τῇ νέᾳ βουλῇ ἀπαντήσεις πρὸ τὰ νέως ἐμπίπτοντα.

κδ'.

Τὴν ἔῤῥιψιν καὶ τὸν αὐασμὸν καὶ τὸ ἀσύμπτωτον καὶ τὸ θολερὸν πνεῦμα, ὑποχόνδριον, ἄκρεα. ὄμματα προσκα-

1. l. II. Epid. X. 2. *Corr.* τούτῳ pro τοῦτο.

Haec pro signis adhibuit: si enim sitis quae prius non adfuit, nunc infestum hominem habeat, adauctum esse calorem significat, praesertim vero si neque aestus sit, neque ulla alia occasio subsit. Occasiones autem interdum Hippocrates vocat eas quae falso causae appellantur; saepe etiam ita manifestas causas vocat. Sic enim hoc nomen usurpavit in quarto de ratione victus in morbis acutis libro. Quocirca, inquit, qui medicinam facit debet animadvertere, ne ulla ipsum fugiat occasio. Adhibere quoque animum urinae oportet ac magis, si prius neque talis neque tanta erat, itemque nasi humectationi, ut facias quod ipse nos monet, iis quae nuper accidunt novo occurras consilio.

XXIV.

Projectionem et siccitatem ac non collapsum corpus, spiritum turbidum, hypochondrium, extrema, oculos male

κούμενα, χρώματος μεταβολὴν, σφιγμοὺς, ψύξεις,[1] παλμοὺς, σκληρισμὸν δέρματος, νεύρων, ἄρθρων, φωνῆς, γνώμης, σχῆμα ἑκούσιον, τρίχες, ὄνυχες, τὸ εὔφορον[2] ἢ μὴ[3] οἷα δεῖ.

Οἱ παλαιοὶ καὶ νεώτεροι τοῦ Ἱπποκράτους ἐξηγηταὶ μὴ νοήσαντες τί ποτε σημαίνει τὸ ὄνομα τῆς ἐῤῥίψεως, πολλὰ μὴ πρεπόντως εἰρήκασιν. ὁ μὲν γὰρ Γλαυκίας καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος καὶ Ζεῦξις, οἱ πρῶτοι πάντα τε τοῦ παλαιοῦ συγγράμματα ἐξηγησάμενοι, ἡγοῦνται τὴν ἐῤῥιψιν εἶναι ταραχήν τινα, ὅταν ὁ κάμνων μὴ δύναται ἐν ἑνὶ τόπῳ συνεστάναι, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλως κινεῖται. Ῥοῦφος δὲ ὁ Ἐφέσιος καὶ Σαβῖνος ἐκ τῶν νεωτέρων μὴ τοῦτο εἶναι τὴν ἐῤῥιψίν φασιν, ἀλλά τι δεινότερον, τουτέστι νεκρῶδές τι σύμπτωμα, ὅπερ συμβαίνει ὅταν τις ἐγγὺς ᾖ ὡς οἴεσθαι τελευτῆσαι. εἰσέρχεται γάρ, φασὶν, εἰς αὐτὸν δέος τι τῶν

1. *Corr.* ψύξεις uncis inclusit. 2. *Corr.* εὔφορον pro ἔμφορον ponendum censuit. 3. *Corr.* ἢ μὴ pro εἶμι.

affectos spectabis. Coloris mutatio, pulsus, frigus, palpitationes, cutis durities, nervorum, articulorum, vocis, mentis, figura voluntaria, pili, ungues, tolerandi facilitas aut secus et qualia oportet consideranda.

Veteres ac recentiores Hippocratis interpretes, quum nomen *projectionis* quid significet ignorarint, multa quae minime decebat attulerunt. Glaucias enim et Heraclides Tarentinus itemque Zeuxis, qui primi in omnes fere libros Hippocratis commentarios conscripserunt, projectionem esse perturbationem quandam putant, quum aeger consistere uno in loco non potest, sed modo huc, modo illuc se jactat. Rufus Ephesius ac Sabinus inter juniores non hoc, sed quid gravius esse projectionem dixerunt; esse, inquam, mortiferum quoddam symptoma quod solet evenire, quum quispiam inibi est ut se moriturum opinetur. Incidit enim, inquiunt, in eum timor quidam ex

Ed. Chart. VIII. [535.]

πρόσθε πεπραγμένων, ὡς δείματος μιστὸν αὐτὸν γίνεσθαι καὶ φροντίδος καὶ τότε μήτε σιτίον[1] τι μήτε ποτὸν λαμβάνειν, ἀλλὰ πάντα φοβεῖσθαι καὶ ὕποπτον ἔχειν μὴ μόνον τὸν ἰατρὸν, ἀλλὰ καὶ πάντας[2] τοὺς παρόντας καὶ ὑπηρετοῦντας αὐτῷ. Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Καπίτων καὶ Νουμεσιανὸς, ὃς καὶ εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς συνέγραψεν ὑπομνήματα, ἄλλο τι ὑπενόησαν, ὃ καὶ ἄκαιρόν ἐστι καὶ μὴ ἄξιον ῥηθῆναι. ἐγὼ μὲν τὸν Καπίτωνα οὐ θαυμάζω, ἐπειδὴ πάμπολλά ἐστιν εὑρίσκειν αὐτοῦ ἁμαρτήματα, τὸν δὲ Νουμεσιανὸν πάνυ θαυμάζω, ὡς καὶ συνετὸν καὶ φρόνιμον καὶ μὴ εἰωθότα παραληρεῖν. κάκιστον δὲ πάντων ὁ Λύκος ἡρμηνεύσατο. οὗτος γὰρ εἰς Ἱπποκράτην κακῶς διακείμενος πάντα αὐτοῦ νοήματα καὶ πάσας τὰς ῥήσεις ἀπιθάνως ἐξηγήσατο. καὶ μὴν οὐδὲ Ἀσκληπιάδης, οὐδὲ Διοκλῆς ὁ Καρύστιος καλῶς τὴν φωνὴν ταύτην κατέλαβεν· ᾠήθη γὰρ μὴ εἶναι τοῦτο σύμπτωμα τῆς δυνάμεως καὶ σωματικὸν, ἀλλὰ

1. Corr. σιτίον et ποτὸν pro σιτίων et ποτῶν. 2. Corr. καὶ πάντας uncis inclusit.

iis profectus quas ante gessit, ut metus ac sollicitudinis plenus reddatur: quo sane tempore nec cibum sumit nec potum, sed timet omnia, ac suspectum habet non medicum solum, sed eos etiam omnes qui adstant quique operam illi suam praestant. Artemidorus cognomento Capito et Numesianus is qui explanationem in aphorismos edidit, aliud de hoc nomine excogitarunt, quod et absurdum est et indignum, cujus nunc fiat mentio. Sed Capitonem ego ita sentire non miror, quippe quum alii permulti ejus errores inveniantur. At de Numesiano magna me cepit admiratio, quem et sapientem et prudentem ac non delirum semper novi. Sed pessime omnium hunc locum Lycus explanavit. Is enim malevolentia in Hippocratem suffusus omnia illius cogitata omnesque sententias perverse interpretatus est. Jam vero neque Asclepiades, neque Diocles Carystius hanc vocem recte intellexerunt, neque enim esse corporis symptoma, quod ad vires pertineat,

Ed. Chart. VIII. [535.]

τῆς διανοίας καὶ ψυχικόν. ἀλλὰ τίς φέρει τὴν τοῦ Λύκου τοῦ Μακεδόνος ἀσέλγειαν καὶ τὴν τοῦ Ἀρτεμιδώρου ἀμάθειαν καὶ τὴν τῶν ἄλλων πολυλαλίαν καὶ ἀπιθάνους λόγους; ἵνα δὲ μήτε ἡμεῖς ἔνοχοι τυγχάνομεν ὄντες τῆς αὐτῆς ἁμαρτίας, λέγωμεν τί ποτε σημαίνει παρὰ τῷ Ἱπποκράτει τὸ τῆς ἐῤῥίψεως ὄνομα. πρῶτον μὲν εἰδέναι χρὴ αὐτὸν λέγειν νῦν περὶ τῆς κλίσεως τῶν ἀῤῥώστων[1], οὓς εἶπεν ἐν τῷ προγνωστικῷ, δεῖν εὑρίσκεσθαι ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ κεκλιμένους ἐπὶ τὸ πλευρὸν τὸ δεξιὸν ἢ τὸ ἀριστερὸν καὶ τὸ σύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον καὶ μὴ αὐασμὸν εἶναι, ὡς ἐνταῦθά φησιν, ὑπτίους δὲ κεῖσθαι ἧσσον[2] ἀγαθὸν εἶναι. εἰ δὲ καί τις προπετὴς γένοιτο καὶ καταῤῥέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τοὺς πόδας, δεινότερόν ἐστι· θανατῶδες δὲ καὶ τὸν κεχηνότα καθεύδειν. σημαίνει δὲ τὴν κάκωσιν δυνάμεως, δεῖ οὖν, ὡς αὐτὸς συμβουλεύει, ὑγρὸν κεῖσθαι τὸ σῶμα, τουτέστιν ὡς τὰ σκέλη καὶ αἱ χεῖρες ὀλίγον ἐπικεκάμφθωσαν καὶ τὸ σύμπαν σῶμα τῶν ὑπερβολικῶν σχημάτων ἔξω καθεστη-

1. Corr. ἀῤῥώστων pro ῥώστων. 2. Corr. ἧσσον pro εἰς ὄν.

ſed mentis, quod ad animum referatur, putaverunt. Sed quis Lyci Macedonis inſolentiam et Artemidori inſcitiam itemque aliorum loquacitatem et abſurdos ſermones ferat? Ac ne nos quoque hujus culpae affines ſimus, jam quid projectionis nomen apud Hippocratem ſignificet explicemus. In primis igitur ſcire convenit, ei nunc eſſe de aegrorum decubitu ſermonem inſtitutum, quos in praeſagiorum libro dixit, inveniri debere a medico in dextrum aut ſiniſtrum latus in lecto jacentes, atque ita, ut totum corpus non ſiccum, ſed humidum ſit, ut eo in loco ſcriptum legimus; ſupinos autem jacere, minus bonum cenſet. Si quis vero declivis ſit et a lecto ad pedes delabatur, gravius id erit; mortale vero eſt, ſi hians quis dormit, imbecillitatem enim ſignificat. Quocirca oportet, ut ipſe conſulit, humidum jacere corpus, hoc eſt brachia et crura parum reducta eſſe, ut totum corpus jaceat extra figuras extremas conſtitutum, extremas autem figuras in-

Ed. Chart. VIII. [535.]

κὸς εἴη, ἔστι δὲ ὑπερβολικὰ σχήματα τὰ μετὰ μακρᾶς ἐκτάσεως ἢ κάμψεως ἤτοι τῶν κώλων ἢ τῆς ῥάχεως· γίνονται δὲ ταῦτα τῶν νεύρων ἰσχυρῶς τεινομένων. ταῦτα γὰρ οὐκ οἴδασι γενναῖοι ἐξηγηταὶ, οἳ μέχρι λόγου σφᾶς αὐτοὺς Ἱπποκρατείους ὀνομάζουσι. τῷ δὲ πράγματι καὶ τῇ ἐπιστήμῃ οὐδὲν ἄλλο εἶναι δοκοῦσι πλὴν σοφισταὶ καὶ ὡς εἰπεῖν λογιατροί.[1] ἰστέον οὖν τὴν ἔῤῥιψιν νῦν ὀνομάζεσθαι τὸ μὴ δύνασθαι κατακεῖσθαι ζῶντος τρόπον, ἀλλὰ καθάπερ νεκρὸν καὶ ἄψυχον σῶμα καταφέρεσθαι. τὸ γὰρ ἐπὶ τοὺς πόδας ὑποῤῥεῖν,[2] ὥς φησιν Ἱπποκράτης, κατακείμενον, σημεῖόν ἐστι τῆς δυνάμεως ἐσχάτως ἀῤῥωστούσης· μὴ δύνασθαι δὲ ἑστάναι ἢ καθέζεσθαι ἢ ἀνίστασθαι ἧττον δεινόν. ἀλλὰ τὸ καταβεβλῆσθαι δίκην ἀψύχου σώματος, ὅταν πᾶς ὁ τόνος τελείως ἐκλελυμένος ἐστὶ καὶ ἀπόλωλε, τοῦτο ἐῤῥίφθαι λέγεται τὸ σῶμα καὶ ἔῤῥιψις τὸ πάθος. διὸ[3] εἶπεν αὐτὸς ἀλλαχοῦ τὰς συντασίας τοῦ σώματος καὶ

1. Leg. de palpit. fign. IV. 2. *Corr.* ὑποῤῥεῖν pro ἀποῤῥεῖν. 3. l. V. in VI. Epid. XXIX.

telligo, in quibus longa extentio aut flexus five artuum, five fpinae fint, quae nervis fupra modum extentis fiunt. Haec autem egregii illi interpretes ignorant, qui verbo tenus fe Hippocraticos nominant, fed fi rem atque doctrinam attendas, nihil effe aliud quam fophiftae et folo nomine medici videbuntur. Scito igitur nunc projectionem appellari, quum quis modo hominis viventis decumbere non poteft, fed tanquam mortuum inanimumque corpus deorfum fertur: quum enim quis jacens ad pedes fublabitur, ut Hippocrates fenfit, fignum eft virium ad extremam imbecillitatem perductarum; non poffe autem ftare vel federe vel exfurgere, eft certe minus grave; fed projectum effe modo inanimi corporis, quum robur univerfum eft ex omni parte exfolutum et perditum, id corpus dicitur ab Hippocrate ἐῤῥίφθαι, hoc eft projectum effe et proftratum, ipfeque affectus ἔῤῥιψις, hoc eft virium projectio nominatur. Proinde alio in loco dixit

Ed. Chart. VIII. [535. 536.]

τοὺς σκληρισμοὺς τῶν ἄρθρων καὶ τὰς κατακλάσεις, ὅταν ὁ ἄνθρωπος διαλελυμένος ᾖ, κακὸν εἶναι, ἵνα νοήσωμεν οὐδὲ συντεταμένον οὔτε κεχαλασμένον, ἀλλὰ συμμέτρως ἔχον εἶναι προσήκει τὸ σῶμα. δῆλον γάρ ἐστιν ὅτι οὐδὲ ξηρὸν οὐδὲ ὑγρὸν[1] ἀμέτρως εἶναι δεῖ, εἰ δὲ εἴη, εἰδέναι χρὴ εἰ ξηρὰ ἢ καὶ ὑγρὰ συνίστασθαι τὰ πάθη. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας ξηρὰ νοσήματα γνωρίζεται[2] τῇ τε τῆς γλώττης ξηρότητι καὶ τῷ τοῦ παντὸς σώματος αὐχμῷ καὶ ἐν τοῖς ἔξω ἕλκεσιν αἱ φλεγμοναὶ γίνονται ξηραὶ, μηδενὸς ἐξ αὐτῶν ἰχῶρος χωροῦντος καὶ τῶν ὀφθαλμῶν φλεγμοναὶ πολλάκις ξηραί εἰσι, μηδὲν ἐκκρίνεται καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον[3] ὡσαύτως πάθη μήτε διὰ ῥινῶν μήτε διὰ ὑπερώας ἐκκαθαιρόμενα ξηρὰ λέγεται. περὶ δὲ ὑγρῶν τοὐναντίον δεῖ ὑπονοεῖν, ὅταν ἐκκρίνηται τὸ περίττωμα ἀπὸ τῶν πεπονθότων τόπων ὑγρὰ εἶναι. σκέπτου τοίνυν ἢ ἐῤῥίφθαι τὸ σῶμα ἢ αὐχμηρὸν ἢ ὑγρὸν ἢ καὶ ξηρόν ἐστι καὶ

1. l. V. de vict. rat. XXII. 2. Corr. γνωρίζεται pro γνωρίζετε. 3. ad Glauc. VIII.

corporis contentiones, artuum duritias et confractiones, quum diſſolutus homo ſit, in malis eſſe habendas; ut ſciamus, corpus neque contentum, neque laxatum, ſed immoderate affectum eſſe debere: eſt enim perſpicuum ipſum neque ſiccum neque humidum immodice eſſe oportere. Si vero ſit, non erit ignorandum ſiccos aut humidos affectus in ipſo conſiſtere, ac morbi ſicci, qui in arteriis venisque verſantur et ex linguae ſiccitate et ex totius corporis ſqualore cognoſcuntur; ſed in externis quoque ulceribus ſiccae inflammationes oriuntur, quum nullus ex eis tenuis humor fluit, itemque oculorum inflammationes ſaepenumero aridae ſunt, ac nihil inde excernitur; affectus quoque, quibus cerebrum obſidetur, quum nihil per nares et palatum repurgetur, ſicci dicuntur. [536] De humidis contraria ſentienda ſunt, quum de locis affectis ſupervacanea excernuntur. Vide igitur num corpus projectum ſit et proſtratum aut ſqualidum aut hu-

Ed. Chart. VIII. [536.]
ἴσθι τὸ ἴαμα ἐκ τῶν ἐναντίων εἶναι, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν. εἶτα βλέπειν χρὴ πότερον ὁ τοῦ σώματος ὄγκος συμπέπτωκε, πρᾳοτέρα γὰρ ἡ νόσος ἐστὶν, εἰ πᾶσα ἕξις τοῦ σώματος ἀσύμπτωτος εἴη, πλὴν ὅτι εἰς πλείονα χρόνον ἐκτείνεσθαι φιλεῖ. τὸ δὲ πνεῦμα[1] θολερὸν κακῶς εἴρηται, μήτε εἶναι Ἱπποκράτους ἡ ῥῆσις ἔοικε, καί μοι δοκεῖ ἐν μόνῃ τοῦ Διοσκορίδου ἐκδόσει γεγράφθαι, ἴσως ἀπ' αὐτοῦ παρεμβεβλημένη, οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ προγνωστικῷ, οὐδὲ ἐν ταῖς ἐπιδημίαις, οὐδὲ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς, οὐδέ γε ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν γνησίων συγγραμμάτων εἴρηκεν ὁ παλαιὸς πνεῦμα θολερόν. λέγομεν γὰρ θολερὸν ὕδωρ, θολερὸν οὖρον, ἐοικὸς τῷ τῶν ὑποζυγίων. τί δὲ σημαίνει τὸ θολερὸν πνεῦμα καὶ ἄδηλόν ἐστι καὶ οὐδεὶς οὕτως ἑρμηνεύει. εἰσὶ μέντοι τινὲς οἳ ἀγνοοῦντες τί ἐστι τὸ πνεῦμα θολερὸν ἄλλο τι λέγουσιν οὐχ ἧττον ἄκυρον καὶ ἀσαφές. οὗτοι μὲν οὖν γράφουσι μὴ

1. l. II. prorrh. IV.

midum aut ſiccum; at ſcito, remedia eſſe, ut ipſe docuit, a contrariis petenda. Deinde ſpectandum eſt utrum tota moles corporis conciderit; mitior enim is morbus eſt, in quo totus corporis habitus non collapſus ſit, ſed tamen in longius produci tempus conſuevit. Quod ad ſpiritum turbidum attinet, non eſt recte dictum, neque ego id eſſe ab Hippocrate conſcriptum arbitror, ſiquidem in ea editione ſolum, quam in vulgus protulit Dioſcorides, hoc verbum eſſe ſcriptum invenitur, ac fortaſſe eſt ab ipſomet interjectum. In nullo enim alio libro, qui verus Hippocratis ſit, turbidum ſpiritum eſſe dictum comperies, non in praeſagiis, non in libris de vulgaribus morbis, non in aphoriſmis, non alibi denique. Dicimus quidem turbidam aquam urinamque turbidam, quae urinae jumentorum ſimilis ſit; ſed quid turbidus ſpiritus ſit, cum ignotum eſt, tum vero nemo ita loquitur. Quidam vero ignari quid ſpiritus turbidus ſit, aliud quid nec minus improprium, nec minus obſcurum invexerunt; ſcribunt enim non θολε-

Ed. Chart. VIII. [536.]

θολερὸν, ἀλλὰ θαλερὸν, παρὰ τοῦ θάλλειν τὴν φωνὴν ποιήσαντες, οὕτω γὰρ ἐνόησαν οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον. ἀλλὰ τί ἐστιν ὅπερ οὐχ ὡρμήσαντο ποιεῖν ἐκεῖνοι; πρόσωπον μὲν γὰρ θαλερὸν, οἷον εὐεκτικὸν καὶ εὔχρουν εἴποιεν ἄν τις, τὸ δὲ πνεῦμα θαλερὸν οὐδεὶς εἶπε, πλὴν, οἶμαι, ὁ τοῦ προῤῥητικοῦ συγγραφεύς. ἡμεῖς δὲ σαφῶς ἴσμεν ἐκεῖνο τὸ σύγγραμμα οὐκ εἶναι γνήσιον Ἱπποκράτους. φαίνεται τοίνυν προσγραφὲν ὑπό τινος, αὖθις δὲ εἰς τοὔδαφος ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐκαταφρόνητα καὶ σμικρὰ καθάπερ καὶ πάντα ὅσα περὶ τῆς λέξεως ἐξήγηται. τὰ δὲ ὑποχόνδρια θεωρεῖσθαι δεῖ, εἰ χαλαρὰ ἢ τεταμένα εἴη ἢ καὶ ὀδυνηρὰ ἢ ἄλλην αἴσθησιν νόσου παρέχει, καθάπερ πολλάκις ἐν ταῖς ἐπιδημίαις ἐσημαίνετο. οὕτω καὶ τὰ ἄκρεα πότερον θερμὰ ἢ ψυχρὰ ἄλλως πως διακείμενα, οὕτω καὶ τὰ ὄμματα προσκακούμενα ἢ κοῖλα ἢ προπετῆ ἢ ἄλλην τινὰ διάθεσιν ἐνδείκνυσιν. ἔτι δὲ χρώματος μεταβολὴν, περὶ

1. l. II. in VI. Epid.

ρὸν turbidum, ſed θαλερὸν, παρὰ τοῦ θάλλειν, *floridum, idque a verbo florendi dicunt*: fuit hoc Sabini inventum. Sed quid eſt quod ille non audeat? faciem quidem floridam quaſi bono habitu coloreque perfuſam ut dicat fortaſſe aliquis, certe ſpiritum floridum nemo dixit, praeter eum, opinor, qui librum praedictionum adornavit. Sed nos perſpicue novimus eum librum non eſſe Hippocratis verum. Itaque videtur ab aliquo fuiſſe vox illa adſcripta, tum a librario in contextum verborum translata. Verum haec negligenda parvique facienda ſunt, ſicut ea omnia, quae ad verborum explicationes pertinent. Hypochondria vero utrum diſtenta laxave ſint, an dolore conflictentur, an alium morbi ſenſum afferant, ut ipſe in libris de vulgaribus morbis ſaepe memoravit, ſpectare convenit. Sic utrum extrema calida an frigida, an alio modo affecta ſint. Oculorum male affectorum eſt eadem ratio; videndum enim eſt utrum concavi ſint an prominentes, an

Ed. Chart. VIII. [536.]

ἧς μὴ καταφρονήσῃς, περὶ ἧς ἄνωθεν εἴρηται. αὕτη γὰρ ἢ διὰ τὴν[1] τῆς νόσου κακοήθειαν ἢ καὶ διὰ τὴν ἀγρυπνίαν ἢ δι' ἄλλο τι σύμπτωμα συμβαίνειν εἴωθε. σκοπὸς γάρ ἐστι πειρᾶσθαι διαγνωστικὸν εἶναι, ἔκ τε τῆς καθ' ὅλον τὸ σῶμα παρὰ φύσιν ἑκάστῳ γιγνομένης χρόας, ἔτι τε τῶν συμπτωμάτων καὶ τῶν νοσημάτων, ὥρας τε καὶ χώρας καὶ ἡλικίας καὶ καταστάσεως καὶ φύσεως τοῦ κάμνοντος ἐπιτηδευμάτων τε καὶ διαίτης, ἀλλὰ καὶ σφυγμοὶ ὅλου τοῦ σώματος θεωρητέοι. παλαιοὶ δὲ οὔπω πᾶσαν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν ὠνόμαζον σφυγμὸν, ἀλλὰ μόνον τὴν αἰσθητὴν αὐτὴν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ πάντως οὖσαν σφοδράν. Ἱπποκράτης δὲ πρῶτος εἴρηκέ που σφυγμὸν ἁπασῶν τῶν ἀρτηριῶν τὴν κίνησιν, ὁποία[2] τις[3] ἂν εἴη. εἴσῃ δὲ καὶ ψύξεις καὶ παλμοὶ καὶ τρόμοι καὶ ῥίγεα, περὶ ὧν ἔχεις ὅλον τὸ σύγγραμμα ἡμέτερον, ἐν ᾧ καὶ περὶ σπασμοῦ καὶ τῶν τοιούτων διαλεγόμεθα. τὸ δέρμα δὲ ἐνίοτε σκληρότερον, ἐνίοτε

1. l. IV. aph. II. 2. *Corr.* ὁποία probat, pro οἵα. 3. Revid. antec. l. I. ad Glauc. 198, 54.

aliam quampiam ſubeſſe affectionem indicent. Quin etiam coloris mutationem, de qua ſupra dixi, non contemnes; color enim vel ob morbi malitiam vel vigilias aut aliud ſymptoma quoddam ſolet mutari. Etenim propoſitum eſſe debet, dandam eſſe operam ut unde id profectum ſit dignoſcas; ducto ex eo colore, qui praeter naturam in toto corpore cujusque hominis ſit exortus, argumento; tum e morbis, ſymptomatis, anni tempore, regione, aetate, ſtatu coeli, natura aegroti, morbis graſſantibus et victus ratione. Sed pulſus quoque totius corporis ſpectandi ſunt. Veteres autem non jam omnem motum arteriarum, ſed eum ſolum qui ſenſibilis eſſet, atque ipſi homini prorſus vehemens, pulſum vocabant. Hippocrates primus motum arteriarum omnium, qualiscunque is eſſet, pulſum appellavit. Age vero et refrigerationes et palpitationes et rigores et tremores conſiderandi ſunt, de quibus eſt in manibus noſtrum integrum volumen, in quo et de convulſione et de iis quae generis ejusdem ſunt diſſe-

Ed. Chart. VIII. [536.]
ξηρότερον ἀποτελεῖται. ἐνίοτε δὲ ἰκμάδες τινὲς ἢ ἀτμὸς θερμὸς ἐκ τοῦ βάθους ἀναφέρεται. τισὶ δὲ ἡ ξηρότης ἢ μαλακότης ἢ σκληρότης πολλῶν[1] παραμένει. γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα τοῖς ὑπερπονήσασιν ἢ ψυχθεῖσιν ἢ ἅμα τῷ κόπῳ ἐγκαυθεῖσιν, ὥσπερ ἐνίοτε καὶ ἰσχνότης τοῦ σώματος καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν κοιλότης καί τις ἀήθης[2] ἄχροια, ἅπερ τῶν ὁπωσοῦν φροντισάντων εἶναι κοινὰ οὐδεὶς ἀγνοεῖ. περὶ δὲ τὰ ἄρθρα πολλὰ συμβαίνει, ἃ πάντα δεῖ τὸν ἰατρὸν σκέπτεσθαι, οὕτω περὶ φωνῆς· βλάπτεται γὰρ εἰ καὶ μὴ ἀπολωλὸς εἴη παντελῶς τὸ κατὰ φύσιν ἔργον ἅπαν. οὐ ταὐτὸν δέ ἐστι φωνὴ καὶ διάλεκτος καὶ αὐδὴ, ἀλλ᾽ ἡ μὲν φωνὴ ἔργον ἐστὶ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων, ἡ διάλεκτος δὲ τῶν διαλεκτικῶν, ὧν τὸ μὲν πρῶτόν ἐστιν ἡ γλῶττα, ἔπειτα δὲ ἡ ῥὶς καὶ τὰ χείλη καὶ οἱ ὀδόντες. φωνητικὰ δὲ ὄργανά ἐστι λάρυγξ καὶ οἱ κινοῦντες αὐτὸν μύες[3] καὶ νεῦρα, ὅσα τὴν ἐξ ἐγκεφάλου παρακομίσει τούτοις δύναμιν. αὐδὴν δὲ

1. *Corr.* praef. πολλόν. 2. *Corr.* τις ἀήθης pro τοῖς ἀήθοις. 3. III. in III. Epid. XXXIV.

ritur. Cutis autem modo durior, modo ficcior redditur; interdum vero madores quidam et calidi vapores ab intimis corporis partibus efferuntur; in quibusdam ficcitas aut durities aut mollities diu perfeverat; id quod iis potiffimum ufu venit, qui fe nimio labore fatigarunt aut refrigerati funt aut qui una cum laffitudine a fole exufti, ficut interdum etiam corporis gracilitas, oculorum cavitas et infueta quaedam coloris privatio apparent, quae folent effe communia eorum, qui quovis modo in follicitudine curisque verfantur. Articulis autem multa accidunt, quae omnia funt a medico confideranda, idem de voce cenfendum; vitiatur enim, quamvis actio naturae non tota fit omnino perdita. Non eft autem idem vox, quod loquela et fermo, fed vox eft munus vocalium inftrumentorum, *διάλεκτος loquela* eorum, quae ad fermonem pertinent, quorum omnium princeps eft lingua, tum nares et labra et dentes. Vocalia vero inftrumenta funt guttur ac mufculi ipfum moventes, itemque nervi omnes, qui ad eos

Ed. Chart. VIII. [536.]

οὔτε πᾶν τὸ τῆς ἀκοῆς ἴδιον αἰσθητὸν οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, οὔτε ἐκεῖνο μόνον, ὃ διὰ στόματος ἐκπέμπεται, ἐν ᾧ περιέχεται καὶ τὸ κλάειν καὶ τὸ συρίττειν καὶ οἰμώζειν καὶ βήττειν καὶ ὅσα τοιαῦτα, μόνην δὲ τὴν ἀνθρώπου φωνὴν, καθ' ἣν διαλεγόμεθα πρὸς ἀλλήλους αὐδὴν ὠνόμαζον. περὶ δὲ γνώμην πολλαὶ κακώσεις εἰσὶν, ἃς βλέπειν ἀκριβῶς καὶ ἐσκεμμένας ἔχειν δεῖ, οὕτω περὶ σχήματος ἑκουσίου ἢ ἀκουσίου ἰστέον. ἀλλὰ καὶ τρίχες καὶ ὄνυχες πελιδνοὶ ἢ μέλανες ἐνδείκνυνταί τι, ὅπερ οὐ καταφρονητέον ἐστίν· ὥσπερ γρυποῦνται[1] ἐπὶ τοῖς φθινώδεσι νοσήμασιν οἱ ὄνυχες, τῶν στηριζουσῶν αὐτοὺς ἑκατέρωθεν σαρκῶν ἐκτηκομένων· διὸ εἶπεν ἐν τῷ προγνωστικῷ, εἰ δὲ καὶ πρὸς τῷ βάρει οἱ ὄνυχες καὶ οἱ δάκτυλοι πελιδνοὶ γίνονται, προσδόκιμος ὁ θάνατος αὐτίκα. ἴσμεν[2] γὰρ τὸ πελιδνοῦσθαι σημεῖον εἶναι τοῦ σβέννυσθαι τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἐπειδὴ δὲ μεγάλην ἔχει δύναμιν ἡ εὐφορία τε καὶ δυσφορία πρὸς τὸν θάνατον καὶ πρὸς ὑγίειαν, διὰ τοῦτο ἀναμιμνήσκει ἡμᾶς αὐτῶν.

1. l. I. de locis V. 2. l. II. progn. 60.

vim a cerebro afferunt *αὐδήν*. Sermonem vero non omne id quod proprie in fenfum auditus cadit, neque id folum, quod ore emittitur, in quo genere ploratus, fibilus, fletus, tuffis et hujusmodi continentur; fed folam hominum vocem, qua inter fe colloquuntur, veteres appellabant. Multa quoque mala angere mentem folent, quae accurate intueri et in eis difcernendis exercitatum effe oportet; ita etiam figurae, in quam fua fponte aut inviti aegroti fe vertunt, effe peritum par eft. Jam vero et pili et ungues lividi et nigri quidpiam indicant, quod non eft contemnendum. Quemadmodum fcimus aduncos reddi ungues tabefcentibus, quod carnes, quibus utrinque infiguntur, colliquatae fint, quamobrem ipfe in praefagiis dixit: *fi vero praeter gravitatem ungues digitique lividi fint, mors eft continuo exfpectanda*; perfpectum enim habemus, livorem nobis indicare calorem nativum exftinctum effe. Quoniam vero facilitas et difficultas tolerandi magnam

Ed. Chart. VIII. [536.]
προστίθησι δὲ οἷα δεῖ, ἵνα ἴδωμεν συμφέρειν εὐφόρως[1] φέρειν ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ὅπερ ἄνω πρὸς τὴν κένωσιν μετέφερεν, εἴτε τῆς φύσεως ἐκκαθαιρούσης τὸ σῶμα τῶν λυπούντων χυμῶν ἡ κένωσις γένοιτο εἴτε ἡμῶν δόντων τὸ φάρμακον.

1. l. II. progn. VIII.

vim et ad mortem et ad ſanitatem habet, ideo nobis eam in memoriam eſſe revocandum exiſtimavit. Addidit etiam, *qualia oportet*, ut intelligamus utile eſſe, ut haec et quae his ſunt ſimilia facile feramus, id quod ſupra ad evacuationem transtulit; ſive quum natura corpus expurgat, ſive quum nos medicamentum purgans damus, humorum corpus vexantium fiat evacuatio.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΤΟ Β.

Ed. Chart. VIII. [537.]

α'.

Σημήϊα ταῦτα, ὀδμαὶ χρωτὸς, στόματος[1], διαχωρήματος, ὠτὸς, φύσης, οὔρου, ἕλκεος, ἱδρῶτος, πτυάλου, ῥινὸς, χρὼς ἁλμυρὸς ἢ πτύαλον ἢ ῥὶς ἢ δάκρυον ἢ ἄλλοι χυμοί. πάντα ὅμοια τὰ ὠφελέοντα, τὰ βλάπτοντα.

1. *Corr.* inclusit σήματος, at id ego expunxi atque restitui στόματος quod sic scriptum est nov. m. S. g.

HIPPOCRATIS DE HUMORIBUS LIBER ET GALENI IN EUM COMMENTARII TRES II.

I.

[537] *Signa haec sunt, odores corporis, oris, dejectionis, auris, flatus, urinae, ulceris, sudoris, sputi, naris, cutis salsa aut sputum aut nasus aut lacrymae aut alvi humores, omnino similia juvantia, laedentia.*

Ed. Chart. VIII. [537.]

Καὶ[2] *ταῦτα περὶ τῆς κρίσεως ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὰ ἐφεξῆς ἕως τοῦ πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν. περὶ δὲ τῶν οὔρων ἐμάθομεν ὅτι τὰ λεπτὰ καὶ ἄχροα καὶ ὀλίγα ἢ πάχος ἔχοντα καὶ ὀλίγα μοχθηρὰ, καθάπερ τὰ παχέα μὲν, ὑπόστασιν δὲ οὐδόλως ἢ*[3] *πάνυ σμικρὰν ἔχοντα καὶ τοῦτο αὐτοῖς συμβαίνει, διὰ τὸ μὴ καλῶς καθίστασθαι. περὶ δὲ τῶν μοχθηρῶν ὑποστάσεων ἐν τῷ προγνωστικῷ λέλεκται. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι πᾶν ἂν πέψεως σημεῖον ἐπιφαίνηται,*

1. *Corr.* μινύθησις pro μηνήθησις. 2. l. I. in I. Epid. XXVI. 3. *Corr.* ἢ pro τί.

nisi aliud quidpiam accedat, ad quod adhibere animum oportet.

VII.

Constitutionem autem spectato ex primis incipientibus, quidquid tandem excernatur, ex urinis qualesnam fuerint et quaenam sit corporis collapsio, coloris immutatio, spiritus imminutio et ceterae cum his victus rationes.

Haec etiam ad judicationem pertinent, ut ea itidem quae sequuntur usque ad eum locum, *concocta medicari et movere* etc. De urinis autem illud didicimus, eas quae tenues, decolores paucaeque sunt aut crassae et paucae, pravas esse; sicut etiam crassas illas quidem, sed tamen quae nulla aut plane exigua habent sedimenta, idque eis accidit, propterea quod non bene subsideant; de pravis autem sedimentis in libro praesagiorum dictum est.

Ed. Chart. VIII. [541.]
ὀλιγοχρόνιόν τε ἅμα καὶ σωτήριον ἔσεσθαι δηλοῖ τὸ νόσημα, ὡς ἐν τοῖς πλευριτικοῖς τὸ πτύελον. ἑκάστου γὰρ μορίου τοῦ σώματος τὸ περίττωμα τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ διάθεσιν ἐνδείκνυται, πεπεμμένον μὲν ὑγιεινὴν, ἄπεπτον δὲ ὑπάρχον, νοσεράν. ἐπὶ δὲ τῶν οὔρων ὅσα μὲν ὁμοιότατα τοῖς τῶν ὑγιαινόντων ἐστὶ, ταυτὶ μὲν ἱκανῶς εὐρωστεῖν τὸ φλεβῶδες γένος τῶν ὀργάνων ἐνδείκνυται· ὅσα δὲ ἀπεπτότερα, τὴν αὐτῶν ἀῤῥωστίαν. τὰ δὲ ἐναντιώτατα τοῖς τῶν ὑγιαινόντων, αὐτὰ μὲν τελέως ἐστὶν ἄπεπτα, μεγάλην δὲ ἀῤῥωστίαν μηνύει παντὸς τοῦ φλεβώδους γένους. ὅσα δὲ καὶ τῆς κρατούσης αἰτίας ἐμφαίνει τὸ μοχθηρὸν, ὡς τὰ μέλανα, ταυτὶ ἐσχάτως ὀλέθρια. πέψιν γὰρ ἰδίαν[1] ἑκάστῳ ταυτὶ τὰ τρία γένη τῶν σημείων ἐνδείκνυται, τῆς μὲν κάτω γαστρὸς τὰ κατὰ φύσιν διαχωρήματα, τοῦ φλεβώδους δὲ γένους τὰ οὖρα, τῶν δὲ ἀναπνευστικῶν ὀργάνων μόνον τὰ πτύσματα. μέμνησο δὲ ὅτι περὶ τῶν οὔρων εἶπεν ἀκριβῶς

1. Corr. ἰδίαν pro ἡδύαν.

Scire autem convenit quodcunque ſignum concoctionis apparuerit, id nobis indicare morbum et brevem fore et ſalubrem: cujusmodi nobis indicio eſt ſputum in lateris dolore; excrementum enim cujusque partis corporis quaenam affectio partem ipſam vexet declarat, ac ſi concoctum ſit, ſalubrem; ſi incoctum, morboſam eſſe ſignificat; in urinis vero quae ſunt ſanorum urinis quam ſimillimae et ſatis bene valere venas oſtendunt, quae crudiores ſunt, earundem imbecillitatem arguunt; quae maxime contrariae urinis ſanorum ſunt, quum ipſae ex omni parte crudae ſunt, tum vero magnam venarum omnium imbecillitatem infirmitatemque ſignificant. Quaecunque autem malitiam cauſae dominantis indicant, ut nigrae, eae ad ſummum pernicioſae cenſentur, haecque tria genera ſignorum propriam cujusque concoctionem indicant, ac ventris quidem inferioris concoctionem ſignificant excrementa ſecundum naturam prodeuntia, venarum, urinae, organorum vero reſpirationis ſolum ſputa. Ceterum habeas in

Ed. Chart. VIII. [541.]
ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς Ἱπποκράτης. περὶ δὲ τῶν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι συνεδρευόντων κατὰ τὸ προγνωστικὸν συνέγραψεν· οὐκ ἐνδέχεται δέ ποτε μὴ οὐκ ἀγαθόν τι μέγα δηλοῦν τὸ τῆς πέψεως σημεῖον· καὶ γὰρ αἱ αἱμοῤῥαγίαι καὶ ἱδρῶτες καὶ παρωτίδες καὶ τἄλλα ἀποστήματα σὺν μὲν τῷ καιρῷ πέφυκεν ὠφελεῖν, ἀκαίρως δὲ οὐδὲν ὀνίνησιν. ὅταν δὲ πέψεως σημεῖά ἐστι, σωθήσεσθαι μὲν δηλοῖ τὸν ἄνθρωπον, οὐ μέντοι γε κριθήσεσθαι πάντως. οὔτε γὰρ ἢ τὴν ἀθρόα ἀκούοιμεν ἐν τῇ νόσῳ μεταβολὴν οὔτε εἰ τὴν προηγουμένην αὐτῆς ταραχὴν, ἐξ ἀνάγκης τὰ τῆς πέψεως ἔσται σημεῖα. ἴσμεν γὰρ καὶ ἐν χρόνῳ πλείονι δύνασθαι κατὰ βραχὺ τὸ νόσημα πεττόμενον ἐπὶ τὴν παντελῆ λύσιν ἀφικέσθαι. ἐπὶ δὲ πυρετῶν ἁπάντων, ἐπειδὴ φλεβώδους γένους εἰσὶ παθήματα, τοῖς οὔροις μάλιστα προσεκτέον ἐστὶν, ἐπὶ δὲ τῶν πλευριτικῶν πρῶτον μὲν τοῖς πτύσμασιν, εἶτα καὶ τοῖς οὔροις, ὅτι καὶ μετὰ πυρετοῦ πάντως[1] ἡ πλευρῖτις. ἐπὶ δὲ

1. Corr. πάντως pro παντός.

memoria Hippocratem in aphorifmis accurate de urinis differuiffe; de iis vero, quae morbos acutos comitantur, in libro praefagiorum confcripfiffe; nunquam autem ufu venit ut fignum concoctionis non boni quid fignificet; nam et fanguinis profluvia et fudores et parotides et alii abfceffus, fi opportune fiant, prodeffe folent; fi importune, nihil juvant. Quum vero fignum concoctionis adeft, fervatum quidem iri hominem, fed non tamen prorfus judicatum iri declarat; neque enim five mutationem in morbo confeftim factam, five eam perturbationem, quae illum anteceffit, judicationem intelligamus, figna concoctionis erunt neceffario; quum illud exploratum habeamus, fieri poffe ut morbus longiore temporis fpatio paulatim concoquatur et ad perfectam folutionem veniat. In febribus autem quoniam venofi generis affectus funt, urinis praecipue mentem adhibebis, in morbis lateris primum fputis, deinde urinis; quod lateris dolor febrem omnino junctam habeat; in ventris affectionibus fi febris abfit, fola

Ed. Chart. VIII. [541.]
τῶν κατὰ τὴν γαστέρα χωρὶς μὲν πυρετοῦ τοῖς διαχωρήμασι μόνοις, σὺν πυρετῷ δὲ καὶ τοῖς οὔροις. κελεύει γοῦν ἐνταῦθα τὴν κατάστασιν τῆς νόσου ποιητέον ἐκ τῶν πρῶτον ἀρχομένων ἐκκρίνεσθαι, οἷον ἐκ τῶν οὔρων εἰ τύχῃ ἢ τῶν πτυέλων ἢ διαχωρημάτων ἢ ἐμέτων ἢ ἱδρώτων ἢ αἱμοῤῥαγίας, διὰ ῥινῶν ἢ καὶ διὰ αἱμοῤῥοΐδος, προστίθησι δὲ καὶ τὴν σύμπτωσιν, τουτέστι τοῦ ὄγκου τοῦ ὅλου σώματος πτῶσιν ἢ τὸ σῶμα συμπέπτωκεν, ὥσπερ κόπῳ τινὶ νικωμένῳ καὶ ὡς τῶν δυνάμεων ἐκλυομένων. τοῦτο γὰρ τὴν σφοδρότητα καὶ τὴν κακοήθειαν τοῦ νοσήματος δηλοῖ. μάλιστα δὲ εἰ τοῦτο ἐν πρώταις ἡμέραις συμβαίνει καὶ τὸ τοῦ φυσικοῦ χρώματος ἄνθος μαραίνεται ἢ μεγάλη ἀπάλλαξις γένηται καὶ τὸ πνεῦμα μειοῦται. σημαίνει γὰρ τοῦτο τὴν τοῦ κάμνοντος ἀσθένειαν καὶ σχεδὸν πτῶσιν τῆς ῥώμης. τὰ δ' ἄλλα διαιτήματα λέγει τὰ τούτοις ἑπόμενα, τουτέστιν ἢ εὐφόρως φέρει ἢ δυσφόρως ἢ πείθεται τῷ ἰατρῷ ἢ τὰ προσφερόμενα λαμβάνει καὶ κατέχει. καὶ προστίθησι δὲ

alvi excrementa inſpicies, ſi febris adſit, etiam urinarum ratio habenda eſt. Cenſet igitur hoc loco morbi conſtitutionem faciendam eſſe ex iis, quae excerni primum incipiant, ut ex urinis, ſi ita ſors ferat, aut ſputis aut alvi excrementis aut vomitibus aut ſanguinis profluviis e naribus aut etiam ex haemorrhoidibus. Addit etiam collapſionem, hoc eſt quum totius corporis moles concidit, ut videas utrum corpus conciderit, quod ei accidit, quum aliqua laſſitudine victum eſt et facultates quaſi exſolutae ſunt; quae res et vehementiam et malitiam morbi indicat; praeſertim vero, ſi id in primis diebus contingat. Spectandum enim eſt, an coloris nativi flos contabeſcat aut magna ſit ejus facta mutatio et an ſpiritus diminuatur: hoc enim aegroti imbecillitatem et fere caſum virium ſignificat. Alias autem victus rationes vocat, quae haec conſequuntur, hoc eſt utrum facile toleret an difficulter, utrum medico dicto audiens ſit, utrum ea ſumat quae ei offeruntur eaque contineat. Adde vero et decubitum et

καὶ κατάκλισιν καὶ σχήματα καὶ ὕπνους καὶ ἐγρηγόρσεις καὶ ἐνύπνια ταραχώδη καὶ μὴ τοιαῦτα καὶ τἄλλα πολλὰ, ἅπερ αὐτὸς ἐν τῷ προγνωστικῷ διῆλθε.

η'.

Τὸ μὲν εἰ ὅμοια τὰ ἀπιόντα δεῖ εἰδέναι, διέξοδοι, οὖρα καθ' ὑστέρας, πτύελα κατὰ ῥῖνας, ὄμματα, ἱδρὼς ἐκ φυμάτων, ἐκ τραυμάτων, ἐξανθημάτων, ὁκόσα αὐτόματα, ὁκόσα τέχνῃσιν, ὅτι ὅμοια ἀλλήλοισι πάντα τὰ κρίνοντα.

Οὕτως ἐν τῷ κατὰ ἰητρεῖον συμβουλεύει σκέπτεσθαι ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοιά ἐστιν. εἰ γὰρ ὅμοια, οὐ δεῖ κινεῖν, εἰ δὲ ἀνόμοια, πειρατέον εἰς τὴν ὁμοιότητα ἄγειν. δεῖ οὖν εἰδέναι, εἰ τὰ ἀπιόντα ὅμοιά ἐστι, τότε γὰρ σημαίνεται πάντα εἶναι κατὰ φύσιν. ἢ τὸ ὅμοια σημαίνει πάντα τὰ ἐξιόντα εἶναι ἑνὸς γένους καὶ τότε μὴ δεῖν μετάγειν πρὸς ἄλλο ἢ ὅμοια τοῖς ὑγιαίνουσιν αὐτὸς μὲν ἔδειξε διὰ πλειό-

figuras et fomnos et vigilias et infomnia turbulenta, quaeque ejusmodi non fint et item alia permulta quae ipfe in libro praefagiorum memoravit.

VIII.

[542] *Id quidem fciendum, num quae prodeunt fint fimilia, tranfitus, urinae per uteros, fputa per nares, oculi, fudor ex tuberculis, ex vulneribus, exanthematibus, quae fua fponte, quae per artem. Quod fimilia funt inter fe omnia, quae judicant.*

In eo libro qui de officina medici non fecus quam hic cenfuit videndum effe, utrum fimilia an diffimilia fint. Si enim fint fimilia, movere ea non oportebit, fi diffimilia, conandum eft, ut ad fimilitudinem adducantur. Spectandum eft igitur, utrum quae decedunt fint fimilia; quia ita intelligitur, fecundum naturam effe omnia. Vel quod ait *fimilia*, fignificat omnia quae exeunt alius effe generis, ac tunc ad aliud non effe traducenda; aut fimi-

Ed. Chart. VIII. [542.]
νων ἡμᾶς διακρίνειν τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ ὅμοια καὶ τὰ ἀνόμοια. ἓν μὲν γάρ ἐστι τῇ δυνάμει τὰ τρία ταῦτα σκέμματα, τό τε περὶ τῶν κοινῶν καὶ ἰδίων, καὶ τὸ διακρίνειν ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια τὰ παραβαλλόμενα πράγματά εἰσι. καὶ τὸ τρίτον τι ταυτὸν ἐν αὐτοῖς ἐστι καὶ τί ἕτερον. καλοῦμεν γὰρ ὅμοια ἐνίοτε τὰ ταὐτὸν ἔχοντά τι. περὶ ὧν ἁπάντων εἴρηται ἀκριβῶς ἐν τοῖς περὶ Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων καὶ κατὰ τὸ προγνωστικόν. τινὲς δέ φασι λέγεσθαι τὸ ὅμοιον διττῶς, ἓν μὲν ἀπαράλλακτον νοεῖσθαι καθάπερ τοὺς διοσκούρους· ἕτερον δὲ ἐν ᾧ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττόν ἐστι. παλαιοὶ δὲ συγκεχυμένως τε καὶ ἀδιαρθρώτως ἐχρῶντο τῇ τοῦ ὁμοίου προσηγορίᾳ. δεῖ μὲν οὖν τὰς ὁμοιότητας σκοπεῖν, ἐπειδὴ τὰς ἀπορίας καὶ πλάνας ἐργάζονται καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἰατροῖς, ὡς οὐ μόνον τῶν ἐπιτυχόντων ἰατρῶν ἐν ταῖς ὁμοιότησι σφαλλομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων· εἰ γοῦν τις ἀκριβῶς εἰδῇ τήν τε ἐκ πρώτης

lia esse bene valentibus. Ipse enim plerisque rationibus nobis ostendit quomodo communia a propriis et similia a dissimilibus discernamus; haec enim triplex contemplatio, unum idemque potestate est; quae, inquam, propria et communia contemplatur, quaeque res, quae conferuntur, similesne inter se an dissimiles sint distinguit; et tertia quae quid in eis idem, quid alterum sit, videt: interdum enim appellamus similia ea quae aliud quod idem sit in se habeant, de quibus omnibus accurate dictum est a nobis in iis libris qui sunt de Hippocratis Platonisque decretis et in libro praesagiorum. Quibusdam placet simile duobus dici modis; uno quum simile intelligitur, quod nullo modo variat, ut gemini Jovis filii dicuntur; altero, quum quid magis aut minus ad aliud accedit. Veteres tamen confuse et sine ulla distinctione vocabulum similium usurparunt; similitudines autem perspicere oportet, propterea quod dubitationes et erroris causas etiam praeclaris medicis afferre solent, atque adeo ut non modo vulgares medici, sed etiam praestantissimi in similitudinibus

Ed. Chart. VIII. [542.]
γενέσεως φύσιν τοῦ νοσοῦντος ἐκ τίνος τε νῦν αἰτίας νοσεῖ καὶ διὰ πολλῶν λόγων κατὰ μικρὸν διαγινωσκομένων ἐπισκοπούμενος τάς τε φαινομένας ὁμοιότητας καὶ τὰς δοκούσας ἀνομοιότητας εἶναι καὶ τἄλλα ἅπερ εἶναι ἀναγκαῖα ἤδη εἴπομεν, καλῶς εὑρίσκει, θεραπεύειν οὗτος[1] δυνήσεται κάλλιστα. αὐτὸς δὲ ὅπου δέῃ σκοπεῖν τὴν ὁμοιότητα, σαφῶς εἶπε, συναρίθμησε γὰρ διεξόδους, τουτέστι τὰ διαχωρήματα, ἔτι δὲ καὶ οὖρα καὶ τὰ δι' ὑστερῶν ἐκκενώμενα ἐν ταῖς γυναιξὶν, εἶτα καὶ τὰ πτύσματα, μᾶλλον δὲ ἐν τοῖς πλευριτικοῖς τε καὶ περιπνευμονικοῖς καὶ ὅλως ἐν τοῖς τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων πάθεσιν, ἔπειτα δὲ τὰ κατὰ ῥῖνας καὶ τὰ ἐκ τῶν ὀμμάτων, ὡς τὰ δάκρυα καὶ τὸ περίττωμα τὸ ἐν τοῖς κανθοῖς αὐτῶν συνιστὸς, ἔτι δὲ καὶ τὸν ἱδρῶτα ἢ μορίου τινὸς ἢ τοῦ σώματος ὅλου· ταῦτα γὰρ πάντα καὶ πέψιν δείκνυσθαι εἴωθεν, οὐχ ἧττον[2] δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν φυμάτων καὶ τῶν ἐξανθημάτων καὶ τῶν ἄλλων παρὰ φύσιν

1. *Corr.* οὗτος pro οὕτως. 2. *Corr.* ἧττον pro ἥκιστα.

decipiantur. Itaque ſi diligenter quispiam aegroti naturam, quam ab ortu nactus eſt, cognoſcat, tum ſciat, quam ob cauſam nunc aegrotet, ex multis ſermonibus, quos ipſe paulatim animadverterit, evidentes ſimilitudines et quae eſſe diſſimilitudines videntur, ſit contemplatus, itemque alia quae neceſſaria eſſe jam diximus, recte compererit, hic profecto curare optime poterit; quibus autem in rebus ſpectanda ſimilitudo ſit, ipſe perſpicue docuit. Connumeravit enim exitus, id eſt alvi excrementa, itemque urinas et quae in mulieribus per uterum excernuntur; tum ſputa eaque potius in lateris dolore pulmonisque vitiis et uno verbo in iis affectibus qui in organis reſpirationis inſiderunt; tum quae per nares evacuantur, quae ex oculis exprimuntur, ut lacrimae et excrementum id quod in angulis oculorum ſolet conſiſtere; ſudorem denique vel unius partis vel corporis univerſi: haec enim omnia ſignificare etiam concoctionem ſolent nec minus id faciunt, quae ex tuberculis quaeque ex puſtulis et aliis tumoribus, qui praeter naturam in corpore ſunt, effluunt et exeunt,

Ed. Chart. VIII. [542.]

ὄγκων ῥυόμενα καὶ ἐξιόντα, ὥσπερ καὶ τὰ ἐκ τραυμάτων τε καὶ ἕλκων. ἐν τούτοις δὲ πᾶσι βλέπειν δεῖ[1] τὰ αὐτομάτως γινόμενα καὶ τὰ τῇ τέχνῃ σκευαζόμενα καὶ παραβάλλειν πρὸς ἄλληλα[2] καὶ σκοπεῖσθαι ἀκριβῶς, πότερον κρίνοντά ἐστιν, εἶτα δὲ πότερον ὅμοια ἢ ἀνόμοια καὶ πότερον πάντα ἢ μὴ, ἀλλὰ κατὰ μέρος * * * * τότε γὰρ εἶναι κριτικὰ γνωσθήσεται, ἄλλως δὲ οὐ * * * * καὶ ταῦτα καλῶς διώρισται ἐν τοῖς περὶ κρίσεων καὶ οὐ δέον ἐστὶν ἐνταῦθα μετάγειν ἐκεῖνα μήκους φειδομένους.

θ'.

Καὶ τὰ ὠφελέοντα καὶ τὰ βλάπτοντα καὶ τὰ ἀπολύοντα, ὡς τὰ μὲν περιφεύγων ἀποτρέπῃ,[3] τὰ δὲ προσκαλέων καὶ ἄγῃ καὶ δέχηται.

---

1. *Corr.* δεῖ pro τί. 2. *Corr.* ἄλληλα pro ἄλλα. 3. *Corr.* ἀποτρέπῃ pro ἀποτρέπειν.

ut etiam quae ex vulneribus ulceribusque emanant. In his autem omnibus videnda sunt quae sua sponte fiant, quaeque arte parentur, eaque comparanda inter se ac diligenter expendenda, ut an judicationem faciant, videamus; deinde utrum similia sint an dissimilia et utrum omnia an non, sed partim similia, quibus aeger levetur aut magis conflictari videatur. * * * * tunc enim ea pertinere ad judicationem intelligemus, secus vero non item * * * * haecque in libris de crisibus sunt recte a nobis explicata; nec par est ut nos brevitatis studiosi eadem in hunc locum transferamus.

IX.

Et quae juvant et quae laedunt et quae liberant, ut illa quidem effugiens avertat, haec vero adsciscens adducat et suscipiat.

Ed. Chart. VIII. [542. 543.]

Ταύτην τὴν ῥῆσιν πολλοὶ κατὰ συνέχειαν τῆς ἄνωθεν εἰρημένης ἀναγινώσκουσιν οὕτως ὡς ἐπὶ τοῖς, πάντα τὰ κρίνοντα, εὐθὺς προστιθέναι καὶ τὰ ὠφελέοντα καὶ τὰ βλάπτοντα καὶ τὰ λοιπά. ἀλλὰ κἂν κατὰ συνέχειαν, κἂν διεζευγμένως γράφοι τις, οὐδὲν διοίσει. συμβουλεύει γὰρ θεωρεῖν ἡμᾶς ὅσα ὠφελεῖ ἐκ τῶν ἀπιόντων καὶ ὅσα βλάπτει καὶ ὅσα ἀπολύει τὸν ἄῤῥωστον ἀπὸ τοῦ νοσήματος, ἵνα τὰ μὲν φεύγωμεν, τουτέστι τὰ βλάπτοντα, τὰ δὲ προσκαλέσωμεν, τουτέστι τὰ ὠφελέοντα, τὰ δὲ ἄγομεν καὶ δεχόμεθα, τουτέστι τὰ ἀπολύοντα. προστίθησι δὲ κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν καὶ τάδε.

ι'.

Καὶ τἄλλα δὲ οὕτως, δέρματος, ἀκρέων, ὑποχονδρίων, ἄρθρων, ὄμματος, στόματος, σχήματος, ὕπνων, οἷα κρίνει καὶ ὅτε τὰ τοιαῦτα δεῖ μηχανάασθαι.

Haec verba conjuncte cum ſuperioribus multi legunt, ut poſt illa: *quae judicant ſimilia eſſe inter ſe omnia,* ſtatim addantur haec: *et quae proſunt et quae nocent etc.* Verum ſive conjuncte ſive ſeparatim legantur, nihil intererit; dat enim nobis hoc conſilii, ut videamus, quae ex iis quae abeunt proſint, quae noceant, quaeque a morbo aegrotum liberent; ut illa vitemus, quae nocent, haec arceſſamus, quae proſunt, ea denique admoveamus et adſciſcamus, quae liberent; in quam ſententiam addit etiam haec quae ſequuntur.

X.

Aliaque et jam eodem modo in cute, extremis partibus, hypochondriis, articulis, oculis, ore, figuris, [543] ſomnis, qualia judicent et quando talia machinari oporteat.

Ed. Chart. VIII. [543.]

Τὸ δέρμα εἰ ὑγρὸν ἢ ξηρὸν ἢ τεταμένον ἢ χαλαρόν[1] ἐστι, σκέπτεσθαι δεῖ, καθάπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τὴν ἀρχὴν εἶπεν αὐτός· τὰ δὲ ἄκρεα πότερον ἐψυγμένα ἢ θερμὰ ἢ καὶ ἄλλως πως διακείμενα· οὕτω καὶ τὰ ὑποχόνδρια πότερον βάρους ἢ τάσεως ἢ ἀλγημάτων τινῶν αἰσθάνονται. ἄριστον γὰρ εἶναι τὸ ὑποχόνδριον εἶπεν αὐτὸς ἀνώδυνόν τε καὶ μαλθακὸν καὶ ὁμαλόν. τὰ μὲν οὖν κατ' ἐπιγάστριον χωρία ὅσα παχύτερα βελτίω ἐστίν· ὅσα[2] δὲ ἰσχνὰ, μοχθηρὰ καὶ ὡς σημεῖα δηλονότι καὶ ὡς αἴτια. ὡς σημεῖα γάρ εἰσι τῆς ἐν τοῖς ἐκτετηκόσι μορίοις ἀσθενείας, ὡς αἴτια δὲ τοῦ μὴ πέττεσθαι καλῶς τὰ σιτία ἐν τῇ γαστρὶ, μήτε αἱματοῦσθαι κατὰ τὸ ἧπαρ. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἡ λεπτότης τῶν εἰρημένων μερῶν πρὸς τὰς κάτω καθάρσεις ἐπισφαλής ἐστι. περὶ δὲ φύσης τοῦ ὑποχονδρίου πολλὰ λελέχθαι ἡμῖν. ἔστι γὰρ τρίτη τις διαφορὰ μελαγχολίας, ὥσπερ ὅταν ἐπιληψία τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς κοιλίας ἔχει·

1. *Corr.* χαλαρὸν pro σκληρόν. 2. leg. lib. II. aph. III.

Utrum cutis humida an arida, an contenta, an laxa ſit, conſiderandum eſt, ut ipſe in libro praeſagiorum in principio admonuit; ita etiam utrum extrema ſint refrigerata an calida aut alio quolibet modo affecta. Hypochondriorum eſt eadem ratio, ut videas, utrum gravitas an diſtentio aut aliquis dolor in eis ſentiatur; ipſe enim dixit: *optimum hypochondrium eſſe quod vacet dolore molleque et aequabile ſit;* ac partes quidem abdominis quae craſſiores ſunt, eae etiam meliores cenſentur; quae macilentae, eae etiam pravae et ut ſigna et ut cauſae habentur: ſunt enim ſigna imbecillitatis partium extenuatarum, cauſae vero, quod nec in ventre ciborum concoctio nec in jecore ſanguis probe fiat; ad hoc accedit ut harum partium extenuatio non ſit ad infernas purgationes tuta. De flatu autem hypochondriorum multa ſunt a nobis dicta: ſiquidem eſt tertia quaedam melancholiae differentia, ad morbi comitialis ſimilitudinem, quum a ven-

Ed. Chart. VIII. [543.]

καλοῦσι δὲ ἔνιοι τῶν[1] ἰατρῶν ὑποχονδριακόν τε καὶ φυσῶδες νόσημα. ἐὰν μὲν οὖν ἄρξηταί γε πρῶτα τὰ κατὰ τὴν γαστέρα συμπτώματα καὶ μείζοσιν αὐτοῖς γινομένοις ἀκολουθήσει τὰ μελαγχολικὰ πάθη κουφίζεταί τις διαχωρήσεσι καὶ τοῖς ἐμέτοις καὶ εὐπεψίαις καὶ ταῖς ἐρυγαῖς. συμπτώματα δὲ αὐτοῦ τάδε, δυσθυμία καὶ φόβος. ἔτι δὲ ἐκ τῶν[2] ὑποχονδρίων εἰσὶ πυρετοὶ, ὁ δὲ[3] ἁπλῶς ἀποφηνάμενος τοὺς ὑποχονδρίων πυρετοὺς κακοήθεις ἄνευ τῶν διορισμῶν, οὓς ἔγραψεν Ἱπποκράτης ἐν τῷ προγνωστικῷ, προφανῶς[4] ψεύδεται, ὡς ἐδείχθη ἐν τοῖς εἰς τὸ προῤῥητικὸν ὑπομνήμασιν. ἔνιοι μὲν αὐτῶν κακοήθεις, ἔνιοι δὲ ἐπιεικεῖς, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῶν πεπονθότων τόπων διώρισται. οὕτω περὶ ἄρθρων, ὀμμάτων τε καὶ στόματος νοητέον. πολλὰ γὰρ συμβαίνει, ἃ τὴν κρίσιν ἀγγέλλει, ὡς ἐν τῷ προγνωστικῷ τε καὶ ταῖς ἐπιδημίαις μεμαθήκαμεν. πολλὰ δὲ οὐ γίνεται πρὸς τῆς φύσεως, ἅπερ μηχανᾶσθαι ἡμᾶς χρή.

1. l. de locis affect. VII. 2. *Corr.* ἔτι δὲ ἐκ τῶν pro ἐκ δὲ τῶν. 3. *Corr.* ὅδε pro ὁ δὲ. 4. II. in Epid. III. II. prorrh. XXI.

triculo originem ducit, hancque affectionem medici quidam hypochondriacum flatuofumque morbum nominant; ac fi prima fymptomata circa ventriculum incipiant et ipfis adauctis melancholici affectus fequantur, profecto alvi dejectionibus, vomitibus, proba concoctione ructibusque levabitur; fymptomata autem funt moeftitia et metus. Praeterea ex hypochondriis febres quoque excitantur, quique abfolute fcripfit, febres ex hypochondrio malignas effe, neque eas addidit diftinctiones, quas in praefagiis Hippocrates fcriptas reliquit, aperte mentitur; quemadmodum eft a nobis demonftratum in iis commentariis, quos in praedictiones confecimus; quaedam enim ipfarum malignae, quaedam mites funt, ut in libris de locis affectis docuimus. Idem eft de articulis, oculis et ore intelligendum, propterea quod multa contingunt quae judicationem futuram nunciant, ut in praefagiis et in libris de vulgaribus morbis didicimus. Multa autem a natura non

Ed. Chart. VIII. [543.]
μεγάλης δὲ τῆς ἀκριβείας χρεία εἰς τὸ ταῦτα γνῶναι, ἐξαπατᾷν γὰρ εἴωθε καὶ τοὺς ἐμπειρικωτάτους καὶ τοὺς ἐν ἰατρικῇ τρίβακας ἰατρούς. ὁπότε δὲ ταῦτα δεῖ ποιεῖν ἢ ἀποτρέπειν ἡ περὶ τῶν κρίσεων πραγματεία διδάσκει.

ια΄.

Καὶ ἔτι ὅσαι τοιαῦται ἀποστάσιες γίνονται, οἷαι ὠφελέουσι βρώμασι, πόμασιν, ὀδμῇσιν, ὁράμασιν, ἀκούσμασιν, ἐννοήμασιν, ἀφόδοισιν, ὑγρῇσιν, θάλψει, ψύξει, ξηρότησιν, ὑγρῆναι, ξηρῆναι, χρίσμασιν, ἐγχρίσμασιν, ἐπιπλασίοισιν, ἐμπλάσμασιν, ἐμπλάστοισιν ἐπιπάστοισιν, ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἐπιθέτοισι. σχήματα, ἀνάτριψις, ἴησις, πόνος, ἀργίη, ὕπνος, ἀγρυπνίη· πνεύμασιν ἄνωθεν, κάτωθεν, κοινοῖσιν, ἰδίοισι,[1] τεχνητοῖσιν. ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι μήτε ἐοῦσι μήτε μέλλουσι, μήτε ποδῶν ψύξει, ἀλλ' ἐν καταῤῥόπῳ τῇ νούσῳ.

1. *Corr.* κοινοῖσιν, ἰδίοισι pro κινήσειν, ἡδείησιν.

fiunt, quae nos oportet machinari, ad quae noſcenda magnam adhibere diligentiam oportet, quando eadem etiam praeclaros medicos quique longiſſimo uſu rerum periti et in medicina valde exercitati ſint, fallere conſueverint; quando autem ea facienda ſint aut avertenda, docent ii libri, quos de criſibus nos conſcripſimus.

XI.

Ac praeterea quinam tales abſceſſus oriantur, quaenam juvent, cibis, potionibus, odoribus, viſu, auditu, cogitatione, ſeceſſibus, humoribus, calefactione, perfrictione, ſiccitatibus; humectando, ſiccando; unctionibus, illitionibus, cataplaſmatis, emplaſtris, inſperſionibus, tum vero epithematis quae imponuntur. Figurae, frictio, medela, labor, otium, ſomnus, vigiliae. Spiritibus ſuperne, inferne, communibus, propriis, artificioſis; in acceſſionibus neque praeſentibus, neque futuris, neque pedum frigore, ſed in declinante deorſum morbo.

Ed. Chart. VIII. [543.]

Γίνονται διαδοχαὶ ὀλέθριοί τε καὶ χρήσιμαι τῶν νοσημάτων κατά τε τὴν τῶν νόσων διαφορὰν καὶ τοὺς πάσχοντας τόπους. ἡ μὲν γὰρ εἰς ἐπιεικέστερα νοσήματα καὶ τόπους ἀχειροτέρους διαδοχὴ σωτήριος, ἡ δὲ εἰς χαλεπώτερά τε νοσήματα καὶ τόπους κυριωτέρους ὀλέθριος· οὕτω καὶ ἀποστάσεις αἱ μὲν κατὰ ἐκροῦν[1] *ἀμείνους, αἱ δὲ κατὰ ἀπόθεσιν ἧττον ὠφέλιμοι. τούτων δὲ αὐτῶν αἱ μὲν πορρωτέρω τε τοῦ κάμνοντος τόπου καὶ εἰς ἄκυρα μόρια πάσχοντα ἀγαθαὶ, αἱ δὲ ἐναντίαι τούτων μοχθηραί. ἐὰν μὲν οὖν αἷμα πολὺ καθ' ὁντιναοῦν τρόπον ἐκκριθῇ, σωτηρίας ἔχειν ἐλπίδας χρή. καὶ διὰ ἀποστάσεως καὶ μεταστάσεως ὁ κάμνων σώζεται. διαφέρει δὲ ἀλλήλων ταῦτα τῷ τὴν μὲν ἀπόστασιν αὐτὴν τὴν κρίσιν ἐπιφέρειν καὶ ἀπαλλάττειν ἁπάντων τῶν ὀχληρῶν τὸν κάμνοντα, τὴν δὲ μετάστασιν ἴσχειν ἀρχὴν τῶν ἑτέρων παροξυσμῶν τε καὶ πόνων, ὡς δεῖσθαι*[2] *πάλιν ἄλλου χρόνου πρὸς τὴν πέψιν τὸν τόπον τοῦ σώματος, εἰς ὃν ἡ μετάστασις τῶν λυπούντων χυμῶν ἐγένετο. ὅταν δὲ πλῆθος*

1. *Corr.* fortaſſe *κατὰ ἐκῤοῦν.* Sic ſecunda man. *κατὰ ἀρχὴν* vel *κατὰ ἄκρον* vel *κατὰ ἐκροήν.* 2. *Corr. δεῖσθαι* pro *δίς τε.*

Fiunt morborum viciſſitudines ad perniciem et ad judicationem tum pro morborum tum vero pro locorum affectorum differentia; nam quae in morbos leviores partesque ignobiliores fit, ea eſt ſalutaris; quae in graviores morbos ac loca praeſtantiora, perniciofa eſt. Eadem eſt abſceſſuum ratio; qui per effluxum fiunt, meliores ſunt; qui per decubitum, minus commodi cenſentur; atque ex eis qui longius ab affecto loco et in partes aegroti ignobiliores fiunt, boni ſunt, horum contrarii mali; quamobrem ſi magna ſanguinis copia quoquo modo excreta ſit, in ſpe ſalutis eſſe nos decet; atque aeger per abſceſſum et per commutationem incolumis evadet: differunt enim haec inter ſe, quod abſceſſus judicationem afferat, aegrotumque omnibus liberet moleſtiis, commutatio vero aliarum acceſſionum laborumque principium habeat, ut locus is corporis, in quem noxiorum humorum eſt facta commigratio, aliud etiam tempus ad concoctionem requirat.

ᾖ πολὺ τῶν ἀπέπτων χυμῶν, αἱ ἀποστάσεις γίνονται. εἰ μὲν σμικραὶ αἱ ἀποστάσεις εἶεν, οὐδὲν ὠφελοῦσιν, εἰ δὲ μεγάλαι, φέρειν αὐτὰς ἡ φύσις οὐ δύναται. τῶν μὲν οὖν κατὰ τὴν γαστέρα τὰ περιττώματα, καθ᾽ ὃ διαχωρούμενα, τὴν ἀπεψίαν δὲ καὶ πέψιν ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἰδέας ἐνδείκνυται· ὡς τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα τὰ κατὰ τὴν βῆχα ἀναγόμενα· τῶν δὲ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον τὰ διὰ ῥινὸς ἐκκρινόμενα, τὰ δὲ κατὰ τὰς φλέβας τὰ μετὰ τῶν οὔρων ἀπερχόμενα. αὐτὸς δὲ πολλαχοῦ κελεύει σκοπεῖν τοὺς πεπασμούς. εὔδηλον δὲ ὅτι πεπασμοὶ γίνονται ὑπὸ τῶν συμμέτρως θερμαινόντων, τοῦτο μὲν ἐδέσματα ἐργάζεται, τοῦτο δὲ καταντλήματα καὶ καταπλάσματα καὶ τρίψις ἡ μετρία καὶ λουτρὸν ἐκ τούτου τοῦ γένους εἰσί. νῦν δὲ θεωρεῖν συμβουλεύει καὶ τὰς ἀποστάσεις· εἰ μὲν οὖν ἐπὶ γαστέρα ῥέπει τὰ περιττώματα, ταῦτα συνεργεῖν προσήκει κλύσμασί τε χρωμένον, ἐπισπᾶσθαι δυναμένοις ἐνταῦθα καὶ τοῖς κατὰ δίαιταν πᾶσαν εἰς τοῦτο συντελοῦσιν, εἰ δὲ ἐπὶ νεφροὺς

Quum autem magna ſit crudorum humorum copia, tum fieri abſceſſus ſolent, qui ſi exigui ſint, nihil plane juvant; ſi magni, eos ferre natura non poteſt. Itaque eorum, quae in ventre concoquuntur, excrementa, per alvum dejecta cruditatem concoctionemque ſua forma indicant; eorum quae in pectore ac pulmone, quae tuſſi excernuntur; eorum quae in cerebro, quae per nares educuntur; eorum quae in venis, quae cum urinis effluunt. Ipſe autem plerisque in locis cenſet maturationes eſſe ſpectandas. Eſt autem perſpicuum omnia quae moderata calefaciunt maturationes efficere, cujusmodi ſunt cibi, perfuſiones et cataplaſmata; frictio quoque modica, balneum, hujus ſunt generis; ac nunc etiam mandat ut abſceſſus contemplemur, quocirca ſi ad ventrem excrementa vergant, eis adjumento eſſe debebimus uſu clyſterum, in quibus ſit vis materiem illuc attrahendi et item uſu eorum quae in tota victus ratione ad id ipſum accommodata cenſeantur; ſi ad renes ferantur, uſu eorum

Ed. Chart. VIII. [543. 544.]

τοῖς οὐρητικοῖς. οἱ δὲ ἐπὶ τὸ κῶλον, ἐκεῖνο θερμαίνοντα διὰ δριμυτέρων φαρμάκων. ἐν[1] τούτῳ δὲ ἐνθυμητέον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅ τι τὰ ὠμὰ καὶ ἄπεπτα εἰς κακὰς ἀποστάσεις τρέπονται. διὸ ἐν τῇ εἰρημένῃ ῥήσει λέλεχεν οἷα κρίνει. καὶ ἐν τῇ προκειμένῃ φησὶν, οἷαι ὠφελέουσιν. αὗται γὰρ κριτικαὶ καὶ λυτικαὶ τοῦ νοσήματος εἶναι δύνανται. αἱ δὲ βλάπτουσαι οὐδὲ κρίσιμοι,[2] οὐδὲ λυτικαὶ τῆς νόσου τυγχάνουσι. μετὰ ταῦτα δὲ τοὺς τρόπους προστίθησι, καθ' οὓς συμβαίνει τὰς ἀποστάσεις γίνεσθαι καὶ ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐπὶ τὸ κακὸν τελευτᾷν. ἔτι δὲ δείκνυσι μήτε ἐν τοῖς παροξυσμοῖς τοῖς ἐοῦσι μήτε αὐτίκα μέλλουσιν ὠφελεῖν τὰς ἀποστάσεις ἢ τότε γένοιντο· μήτε ἐν τῇ ψύξει τῶν ποδῶν, ἀλλὰ ἐν τῇ καταῤῥόπῳ νόσῳ. ἐν ἐκείνῃ γὰρ * * * * ὡς εἴρηται ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς περὶ κρίσεως ὑπομνήμασιν. ἀλλὰ ταῦτα εἰρήσθω μνήμης ἕνεκα. τοιαύτην γὰρ καὶ τοσαύτην χρείαν

1. l. II. in epid. 46. 2. *Corr.* κρίσιμοι pro χρήσιμοι.

quibus urina cieatur; si ad colon, acribus illud medicamentis erit calefaciendum; qua in re illud non est ignorandum, cruda et incocta ad malos converti abscessus, quod in causa fuit ut praecedenti oratione dixerit, *qualia indicent*, in hac vero scripserit, *qualia prosint*; propterea quod quae prosunt eae judicationem afferre et solvere morbum possunt, at quae nocent eae neque criticae sunt neque morbum propellunt. Deinde veros modos adhibet, quibus fiant et ad bonum et ad malum terminentur. Praeterea docet, neque in ipsis accessionibus, dum adsunt, neque si mox futurae sint, prodesset abscessus, si tunc fiant; sed neque etiam in pedum frigore, verum quum morbus deorsum inclinat: in illo enim * * * * ut in libris qui sunt de methodo medendi exposuimus nec minus etiam in libris de crisibus [544] haec sumus persequuti. Sed haec ad aliquod memoriae lumen offerendum dicta sint nobis; tantam enim talemque

Ed. Chart. VIII. [544.]
παρέχουσιν, ὡς μήτε ἐμὲ δὶς γράφειν καὶ τὸν φιλομαθῆ πάλιν ἀναγινώσκειν τὰ αὐτὰ ὀκνεῖσθαι δεῖ.

ιέ.

Τοῖσιν[1] ἐν τῇσι περιόδοισιν παροξυσμοῖσι τὰ προσάρματα μὴ διδόναι, μηδὲ ἀναγκάζειν, ἀλλὰ ἀφαιρέειν τῶν προθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

Ἐν τῇδε τῇ λέξει περὶ τῶν νοσούντων διαίτης διεξέρχεται, ὅπερ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐδίδαξε καὶ ἡμεῖς ἐν ταῖς εἰς ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ἐξηγήσεσι τὸν ἅπαντα λόγον ἐξειργασάμεθα. λέγει δὲ καὶ περὶ χρονίων τε καὶ ὀξέων νοσημάτων· καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ὀξέων, ἐφ' ὧν ἡ ἀκμὴ καὶ κρίσις ἐν τῇ πρώτῃ μέλλει γενέσθαι τετράδι, τῆς δυνάμεως ἰσχυρᾶς ὑπαρχούσης, ἐπὶ ἀσιτίας παντελοῦς τούτους φυλάξομεν. ἴσμεν γὰρ ἐν[2] ἑκάστῳ τῶν νοσημάτων ἀπὸ

1. l. I. aph. 4. 12. aph. 1. 11. 2. l. I. aph. XI.

afferunt utilitatem, ut neque me bis eadem fcribere, neque eum qui cupiditate ftudioque doctrinae trahatur legere iterum pigere ullo modo debeat.

XII.

In acceffionibus per circuitus repentinis neque cibos dare, neque cogere oportet, fed ante judicationes de appofitionibus auferre.

Agit hoc loco de ratione victus aegrotorum, quam rem ipfe in libris de ratione victus in morbis acutis plane docuit, ac nos in commentariis in illos libros editis quidquid ad eam rem pertineat, cumulate praeftitimus. Loquitur autem de longis acutisque morbis: atque in acutis quidem, quorum ftatus et judicatio intra primum quaternarium futura fit, modo vires robuftae fint, aegrum in perpetua inedia continebimus, exploratum enim habemus

Ed. Chart. VIII. [544.]

δυοῖν σκοποῖν τὸ τῆς ὅλης διαίτης εἶδος λαμβάνεσθαι, ἔκ τε τῆς μελλούσης τοῦ ὅλου νοσήματος[1] ἀκμῆς καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως· ἐφ᾽ ὧν τε μὴ ἐξώτερον τῆς πρώτης ἑβδομάδος ἰσχυρᾶς οὔσης τῆς δυνάμεως, ἀρκέσει μελικράτῳ μόνῳ χρήσασθαι. μὴ θαῤῥοῦντες δὲ τῇ δυνάμει πτισάνης χυλῷ χρησόμεθα, ὡς δ᾽ ἄν τις καὶ τὰς κατὰ μέρος προσφορὰς ποιοῖτο προσηκόντως,[2] ἐν τῷδε τῷ λόγῳ διδάσκει, τοὺς παροξυσμοὺς ἀξιῶν φυλάττεσθαι, ὡς ἂν μήτ᾽ ὄντων ἤδη μήτε ὅσον οὔπω μελλόντων ἔσεσθαι τῶν παροξυσμῶν[3] δίδομεν τροφὰς, ἀλλὰ παρακμαζόντων τε καὶ παυομένων. ὅπως δ᾽ ἄν τις μάλιστα δύναιτο προγινώσκειν τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν, ἐν ᾗ κρίσις γίνεται, κατὰ τὸ πρῶτον περὶ τῶν κρίσεων εἴρηται. νῦν δὲ μόνον χρὴ εἰπεῖν ὅτι αὗται αἱ νόσοι καὶ τὰς τῶν παροξυσμῶν ἀναλογίας δηλώσουσι καὶ τὰς ἑαυτῶν γε καταστάσεις. οἷον ἐν μὲν τοῖς διαλείπουσιν ὅτι ὁ μὲν τριταῖος ταχυκρίσιμος, ὁ δ᾽ ἀμφημερινὸς ὅτι χρόνιος, ὁ δὲ τεταρταῖος ἔτι καὶ τοῦδε χρονιώτερος. ἐν δὲ

1. l. I. aph. 4. 2. l. I. aph. XI. 3. l. I. aph. XII.

in ſingulis morbis totam victus rationis formam duobus e ſcopis duci, tum ex futuro totius morbi ſtatu tum ex viribus aegroti, in quibus vero judicatio primam hebdomadem non ſit ſuperatura, ſi vires ſint validae, ſola aqua mulſa uti ſufficiet. Si vero non jam ſatis viribus aegroti confidamus, ptiſanae cremorem offeremus atque ut quispiam accommodate poſſit ſigillatim cibos dare, in hac oratione quoque declarat, quum monet cavendum eſſe ne quid in exacerbationibus demus, ut quum neque jam adſunt exacerbationes, neque jamjam ſunt futurae, cibum praebeamus, ſed quum declinant ac deſinunt. Ceterum quonam potiſſimum modo futurum morbi ſtatum praenoſcat, in quo judicatio fit, in primo de criſibus libro dictum eſt, nunc vero id ſolum dicere convenit, a morbis ipſis declaratum iri et quam inter ſe proportionem ſervaturae ſint acceſſiones et quae ſit ipſorum conditio, ut inter febres intermittentes tertianam habere celerem judicationem, quotidianam vero longam; quartanam longio-

Ed. Chart. VIII. [544.]
τοῖς συνεχέσιν οἱ μὲν καυσώδεις ὀξεῖς, οἱ δὲ τυφώδεις χρονιώτεροι. μέσοι δ' ἀμφοῖν οἱ ἡμιτριταῖοι. πῶς δ' ἄν τις ἅπαντας τοὺς πυρετοὺς τούτους εἰσβάλλοντας γνωρίζοι διὰ τοῦ δευτέρου τῶν περὶ κρίσεων ἐπὶ πλεῖστον εἴρηται. καὶ μὴ χρὴ[1] μεταφέρειν εἰς τόνδε τὸν λόγον ὅσα καλῶς ἐν ἄλλοις φθάνει ἤδη λελέχθαι, οὐδὲ πολλάκις ἐν πολλαῖς περὶ τῶν αὐτῶν πειρᾶσθαι λέγειν, διὸ ἐπανέλθωμεν πρὸς τὴν νῦν προκειμένην ῥῆσιν. ἡ δίαιτα οὖν ἐν τρισὶ κεφαλαίοις περιέχεται· ἐν τῇ ποσότητι καὶ ποιότητι τῶν τροφῶν καὶ τρόπῳ τῆς χρήσεως. περὶ ποσοῦ μὲν ἀλλαχοῦ διηλέχθη, ὡς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς, ὡς ὅταν λέγῃ, τὰ αὔξανόμενα πλείστην ἔχει τὴν ἔμφυτον θέρμην, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς. ἔπειτα δὲ ἐν ἐκείνῳ αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει καὶ ὕπνοι μακρόταται. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσιν καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. περὶ δὲ ποιοῦ διεξέρχεται ἐν τῷδε ἀφορισμῷ, ὅταν φησὶν, ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται τοῖς πυρεταί-

1. *Corr.* fortasse χρὴ μὴ ἀναφέρειν.

rem; inter continuas ardentem esse acutam; fumantes vero cum humoris succensi copia diuturniores, medias inter has esse semitertianas. Quomodo autem has febres omnes in prima cognoscere invasione quispiam possit nos in secundo de crisibus copiosissime docuimus; non est autem opportunum ut quae jam aliis in locis recte diximus huc transferamus et de eadem re loqui plerisque locis saepe conemur; quocirca ad sententiam nobis propositam redeamus. Itaque victus ratio ad tria capita potissimum redigitur; ut quanta, ut qualia, ut quomodo des intelligas; quantum vero sit dandum alibi est declaratum, ut in libris de ratione victus in morbis acutis et item in aphorismis, ut quum ait: *qui augentur, plurimum nativi caloris habent; itaque plurimi alimenti indigent.* Itemque in illo loco: *ventres hieme et vere sunt natura calidissimi et somni longissimi.* Quamobrem his temporibus plura quoque alimenta danda sunt, de qualitate autem disseruit in aphorismo, cujus initium est: *humidae*

Ed. Chart. VIII. [544.]

νουσι ξυμφέρει. τελευταῖον δὲ περὶ τρόπου ἐν ἐκείνῳ· καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω καὶ κατὰ μέρος. δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρᾳ καὶ τῇ χώρᾳ καὶ τῇ ἡλικίᾳ καὶ τῷ ἔθει καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑξῆς. ἔτι δὲ καὶ ἄλλῳ, ὅνπερ ἑαυτὸν εἶναι λέγομεν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, πλὴν ἐπὶ[1] μιᾶς ἢ δύο λέξεων. ἔχει γὰρ οὕτως· ἐν τοῖς περιόδοισι τοῖσι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδὲ ἀναγκάζειν, ἀλλ᾽ ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρίσεων· ἐν μὲν οὖν τοῖς νοσήμασι τοῖς τάξει εἰσβάλλουσιν, οἷόν τε ἐστι γνῶναι ἐκ τῶν αὐτῶν παροξυσμῶν τοὺς καιροὺς τῶν μερικῶν τροφῶν. εἰ δέ τινες παροξύνοιντο μὲν ἐν τοῖς νόσοις, οὐ μὴν κατὰ περιόδους, μήτε τεταγμένως ἐπ᾽ ἐκείνων οὐκ εὔκαιρον, ἀλλὰ καὶ ἴσως ἀδύνατον εὑρίσκειν τὸν ἴδιον καιρὸν τῶν σιτίων. ἐν δὲ ταῖς κατὰ περιόδους καὶ τεταγμένως ἀπαντητάσαις χρὴ φυλάττειν, ὡς εἴπομεν, τὰς ἀρχὰς ὅπως μὴ, ὡς ἐν τῇ ἔμπροσθεν ῥήσει εἶπεν αὐτὸς, ἤδη γεγονότος, μήτε αὐτίκα

1. *Corr.* ἐπὶ pro ἐν.

diaetae omnes febricitantibus profunt. Denique vero de modo egit in illo: *quibus femel aut iterum aut plura aut pauciora et particulatim; dandum vero eft etiam aliquid tempori, regioni, aetati et confuetudini;* tum in eo qui hunc aphorifmum deinceps excipit et item in alio quem effe eundem cum eo, qui nunc eft in manibus, affirmamus, nifi quod in uno aut duobus verbis differt, fic enim fe habet: *qui per circuitus exacerbantur, nihil dare nec cogere, fed detrahere de his quae offeruntur ante judicationes oportet.* In morbis autem qui ordine quodam invadunt, ex ipfis exacerbationibus, quo praecipue tempore dare cibum conveniat, cognofcere poterimus; at fi acceffiones quidem fiant, non tamen ftatis circuitibus, neque ordine fervato, in iis vix aut ne vix quidem verum et accommodatum cibi offerendi tempus inveniri poteft; in iis vero quae per circuitum redeunt ordinemque fervant, vitare oportet, ut diximus, ne in principio demus; quo, ne, ficut in oratione fuperiore ipfe cenfuit, jam praefente

Ed. Chart. VIII. [544.]
γενησομένου τὴν τροφὴν δῶμεν. τὸ δὲ πρὸ τῶν κρισίων λέγει, εἰ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι κρίσιν[1] ὑπονοοῦμεν. ἢ καὶ δύναται σημαίνειν πρὸ τῶν ἀκμῶν. ἐπειδὴ ἐν ταῖς ἀκμαῖς εἰώθασιν αἱ κρίσεις γίνεσθαι· ὅπερ ἐν τοῖς περὶ κρίσεως ἔχει δεδειγμένον. ἐν μὲν οὖν τῇ παρακμῇ λυσιτελές ἐστι τρέφειν καὶ ἀσφαλές.

ιγ΄.

Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀπαρτὶ μὴ κινέειν, μήτε νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίῃσιν, μήτε ἄλλοις ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλὰ ἐᾶν.

Καλῶς εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους, ἀρχομένων τῶν νόσων ἤν τι δοκέει κινέειν, κίνει. ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίαν ἔχειν βέλτιόν ἐστι, διότι περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα τὰ συμπτώματα ἀσθενέστερα. περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα καὶ περὶ τὰς ἀκμὰς ἡ κρίσις σχεδὸν γίνεται, ὅθεν δῆ-

1. *Corr.* *κρίσιν* pro *κρίνον.*

neve mox futura acceffione aegrum alamus. Dixit autem ante judicationes, fi futuram effe judicationem fufpicemur. Vel poteft etiam intelligi perinde ac fi dixiffet, ante ftatum: fiquidem judicationes in ftatu morbi fieri folent, quod in libris de crifibus demonftratum eft. Erit igitur accommodatum et tutum, aegros in morbi declinatione alere.

XIII.

Quae judicantur et judicata funt integre, neque movere, neque innovare, five medicamentis, five aliis irritamentis, fed finere oportet.

Eft ab Hippocrate haec pronunciata fententia, *incipientibus morbis, fi quid movendum videtur, move; vigentibus vero praeftat quiefcere,* propterea quod omnia fymptomata circa principia et fines imbecilliora funt; circa ftatum, valentiora; ac circa ftatum judicatio fere fit. Unde

λόν ἐστι μηδὲν κινητέον μήτε νέον ποιητέον, εἰ γὰρ ταραχή τις γένηται καὶ μέγας ἀγὼν ἐν τῇ κρίσει, ἕπεται καὶ τὴν φύσιν κεκμηκυῖαν εἶναι καὶ μὴ φέρειν δύνασθαι τὰ βοηθήματα καὶ τὰ φάρμακα καὶ τοὺς ἐρεθισμούς. ὅταν οὖν ἀκριβῶς ἡ κρίσις γίνεται, ἐᾶν χρὴ τῇ φύσει πᾶν τὸ ἔργον, ἵνα μὴ ποιῶν τι ἐμποδίζεις μᾶλλον ἢ βαρύνεις ἢ καὶ ἐρεθίσεις πρὸς ἄμετρον κένωσιν καὶ οὕτω τὸν κάμνοντα ἀποκτείνεις. ὅταν οὖν προὔκειτό σοι τὸ ὑπαγωγὸν φάρμακον δοῦναι, φύλαττε τοὺς τῶν παροξυσμῶν τε καὶ εἰσβολῶν καιρούς· ἔτι δὲ καὶ τοὺς τῶν κρισίμων ἡμερῶν· καὶ γὰρ ἡ τοῦ φαρμάκου δύναμις φθείρεται, τῶν χυμῶν ἄνω[1] ῥεπόντων καὶ εἰς τοὐναντίον, εἰ χρὴ τὴν κένωσιν ἐργάζεσθαι. εἰ δὲ χρεία ἐπάγει τὴν κένωσιν κατὰ τοὺς τῶν παροξυσμῶν καιρούς, διὰ τῶν ἄνω μελῶν κενωτέον, ὡς διὰ αἱμοῤῥαγίας ἢ ἐμέτων ἢ τῶν τοιούτων· παυομένου δὲ τοῦ παροξυσμοῦ, διὰ τῶν κάτω, οἷον δι᾽ οὔρων ἢ καὶ δι᾽ ἕδρας ἢ καὶ τῶν τοιούτων,

1. in margine ἴσως additur.

planum eſt, nihil movendum nihilque innovandum; ſi enim in judicatione quaedam fit turbatio magnaque concertatio eſſe ſolet, certe ſequitur, ut natura labore conflictata neque remedia neque medicamenta neque irritamenta ferre queat. Itaque quum fit judicatio, totum negotium eſt naturae committendum, ut ne tu quidpiam molitus magis praegraves aut ad immoderatam evacuationem irrites atque ita aegroto mortem afferas. Quum igitur tibi ſit propoſitum medicamentum dare, quod alvum ſubducat, cave ne id facias in morbi exacerbationibus atque invaſionibus et diebus iis in quibus fieri judicationes ſolent; vis enim medicamenti corrumpitur, quod forte humores ſurſum vergant et contra quam ut fieri evacuationem oporteat. Si vero neceſſitas urgeat, ut vacuare cogaris in exacerbatione, tum ſcito per ſuperiores partes eſſe evacuandam, ut per ſanguinis profluvium aut vomitum aut quid hujusmodi; quum vero [545] exacerbatio deſierit, tum per inferiora evacuabis, ut per urinam aut

Ed. Chart. VIII. [545.]

ὡς ἂν βέλτιον εἶναι φαίνηται. ταὐτὸ τοῦτο συμβουλεύει ποιητέον ἐπὶ τῇ κρίσει, μάλιστα δὲ ἐὰν ἡ νόσος ᾖ κεκριμένη ἀπαρτὶ, τουτέστιν ἀπηρτισμένως, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ διαίτης τῇ φωνῇ κέχρηται Ἱπποκράτης. ἐν δὲ τοῖς ἀφορισμοῖς ἀρτίως[1] εἶπεν, ὅπερ ἐνταῦθα ἀπαρτὶ γέγραφε· σημαίνει γὰρ ἀπηρτισμένως, ὡς εἶπον, καὶ ὁλοκλήρως καὶ ἀνελλειπῶς καὶ τελείως. εἰ γοῦν γέγονε τελεία κρίσις ἢ γίνεται, κελεύει ἡμᾶς τῇ φύσει τὸ πᾶν ἐπιτρέπειν καὶ μηδὲν αὐτοὺς νεωτεροποιεῖν, ἐὰν δὲ μὴ ἀπαρτὶ, τουτέστιν ἐλλειπῶς, κρίνεται, τὸ λειπὸν αὐτοὺς προστιθέναι. καὶ γὰρ εἰ τόνδε τὸν τρόπον γέγραφεν ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς καὶ ἀντὶ[2] τοῦ ἀρτίως τὸ ἀπαρτὶ ἢ τὸ τελείως λέλεχε, μηδεμία εἴη ἀπορία παρὰ τοῖς ἐξηγηταῖς περὶ τοῦ σημαινομένου τοῦ ἀρτίως. βούλονται γάρ τινες τὸ ἀρτίως ἐν ἀρτίαις ἡμέραις σημαίνειν, ὅπερ οὐκ ἀληθές, ὥσπερ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον δείκνυται.

1. l. V. aph. XX. 2. manus ſecunda in margine εἰ.

---

per ſedem et ejusmodi loca, quemadmodum eſſe accommodatius videbitur. Idem eſſe poſt judicationem faciendum monet, praeſertim ſi morbus judicatus ſit ἀπαρτὶ, hoc eſt *perfecte*, in quam ſignificationem uſus eodem adverbio eſt Hippocrates in ſecundo de ratione victus in morbis acutis. Sed quod hic ait ἀπαρτὶ, in aphoriſmis dixit ἀρτίως, hoc eſt *perfecte*. Significat enim perſecte, ut dixi, et integre et non diminute et abſolute. Quare ſi perfecta judicatio ſit facta aut fiat, jubet ut totum negotium naturae permittamus ac nos nihil novi moliamur. Si vero non integre, ſed diminute fiat judicatio, monet ut quod reſtat nos faciamus. Etenim ſi in aphoriſmis pro verbo ἀρτίως, hoc eſt *nuper*, ſcriptum eſſet ἀπαρτὶ aut integre et perfecte, certe nullus ſcrupulus injectus eſſet in animis interpretum de verbi ἀρτίως ſignificatione controverſantibus. Quidam enim volunt ἀρτίως ſignificare in diebus ἀρτίαις, hoc eſt paribus, quod minime verum eſt, quemadmodum eo ipſo in loco a nobis explicatur.

Ed. Chart. VIII. [545.]

ιδ'.

Τὰ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι.

Τὸ αὐτίκα σημαίνει νῦν ἐν ἀρχῇ· ἀρχὴν δὲ νόσου ἀκούειν χρὴ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ὅλον, ἐν ᾧ μηδέπω πέψεώς ἐστι γνωρίσματα. εἴρηται γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κρίσεων περὶ τῆς σημασίας ταύτης. διαιρούμενοι γὰρ τοὺς καιροὺς τῶν νοσημάτων λέγομεν αὐτὰ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀναβάσεως καὶ ἀκμῆς καὶ παρακμῆς συγκεῖσθαι. ἀλλὰ κριθῆναι ἐν ἀρχῇ οὐδὲν δύναται, καὶ γέγραπται περὶ τούτου ἱκανῶς ἐν τοῖς περὶ κρίσεων. ἐξ ἐκείνων οὖν μανθανέτω τις τὸν ὅλον περὶ τούτων λόγον. ἐγὼ γὰρ οὐ βούλομαι ἅπαντα μακρότερον ὄντα ἢ ὡς νῦν διελθεῖν ἐνθάδε μεταφέρειν. τοῦτο δὲ μόνον λέξω ὅτι, ἐπειδὴ ἡ φύσις ἐπάγηται πρὸς τὴν ἔκκρισιν, ἀξιόλογος ἐν τῷ σώματι γίνεται ταραχὴ, δι' ὧν πολλὰ φαίνεται συμπτώματα μετὰ τῶν τῆς πέψεως σημείων σαφεστά-

XIV.

Indicantia in melius non ſtatim appareant.

Quod ait ſtatim, ſignificat hoc loco idem quod in principio; morbi porro principium intelligo totum illud tempus, in quo nondum ſunt ſigna concoctionis, hac autem de ſignificatione dictum eſt a nobis alio in loco. Quum enim morborum tempora divideremus, morbos ipſos ex principio, incremento, ſtatu declinationeque conſtare affirmavimus, ſed judicari in principio nullus poteſt, hacque de re in libris de criſibus eſt a nobis abunde conſcriptum, quare quidquid ad hanc rem pertinet, ex illis libris qui velit perdiſcat: ego enim totam illam diſputationem, utpote quae longior ſit, quam ut eam nunc perſequar, huc transferre nequaquam volo, ſed hoc ſolum memorabo, poſtquam natura ad excretionem impellitur, perturbationem quandam notabilem in corpore excitari quae cauſam afferat, ut multa ſymptomata cum manife-

των. μὴ ἐξαπατάτω δέ σε τὰ σημεῖα τῆς πέψεως ἡγούμενον εἶναι κριτικά, τὰ γὰρ κρίσιμα οὐ παραχρῆμα ἐπιφαίνονται, τουτέστι κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος. ἀεὶ δὲ οὐ ταυτὰ τὰ τῆς πέψεως καὶ τῆς κρίσεως γνωρίσματα. τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ τὸ μὴ οὐ κρίσιν τινὰ πάντως ἢ ἀγαθὴν ἢ κακὴν ποιήσασθαι. τὰ δὲ τῆς πέψεως σημεῖα σωθήσεσθαι μὲν δηλοῖ τὸν ἄνθρωπον, οὐ μέντοι γε κριθήσεσθαι πάντως. δύναται γὰρ ἐν χρόνῳ πλείονι κατὰ βραχὺ τὸ νόσημα πεπτόμενον ἐπὶ τὴν παντελῆ λύσιν ἀφικέσθαι, πῶς δὲ διενήνοχε τὰ κρίσιμα συμπτώματα τῶν τῆς πέψεως σημείων, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κρίσεων εἴρηται, ἔνθα καὶ τῆς τελείας πέψεως καὶ μὴ τελείας εἴπομεν σημεῖα. τὴν γὰρ τελείαν εἶναι πέψιν ὅταν ὑφίσταταί τι λευκόν τε καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὸν καὶ συνεχές· τὴν δὲ ἀμυδρὰν πέψιν, ὅταν ἐξ ὑδατώδους οὔρου μετρίως ὕπωχρον γένηται. πέψεως μὲν δὴ σημεῖα οὐκ ἔστιν ὅτε[1] κακῶς ἐπιφαίνηται· τὰ κρίσιμα δὲ ἔστιν ὅτε κακῶς ἐπιφαί-

1. *Corr.* ὅτε pro οὔτε.

ſtiſſimis concoctionis ſignis appareant. Sed cave ne ſigna concoctionis te fallant, quod ea eſſe judicationis ſigna putes; propterea quod quae judicationis ſunt non ſtatim, hoc eſt non in morbi principio apparent nec ſunt eaedem judicationis et concoctionis notae, neque enim uſu venit, quin illae omnino vel bonam vel malam judicationem faciant; at ſigna concoctionis ſalutem quidem hominis oſtendunt, non tamen per judicationem omnino ſervatum iri aegrotum declarant, propterea quod poſſit morbus longiore tractu temporis paulatim concoctus ad perfectam ſolutionem devenire; ceterum quomodo ſymptomata judicationis a ſignis concoctionis differant, in primo de criſibus aperuimus, quo in loco perfectae et non perfectae concoctionis ſigna declaravimus. Etenim et perfectam eſſe concoctionem docui, quum in urinis ſubſidet quid album, laeve, aequale et continuum, non perfectam vero, quum urina ex aquoſa modice ſubpallida ſit facta. Ac ſigna quidem concoctionis nunquam male apparent, judi-

Ed. Chart. VIII. [545.]
νηται. οὔτε γὰρ ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν οὔτε ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἀκμαῖς ἐπιφαίνεσθαι δεῖ. οὔτε οὖν ἱδρῶτες (πολλάκις γὰρ δεῖ τὰ χρησιμώτατα λέγειν) οὔτε ἔμετοι καὶ διαχωρήματα γαστρὸς, οὔτε παρωτίδες, οὔτε αἱμοῤῥαγίαι κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ αὐτίκα ἐπιφανεῖσαι, ἔκρινόν ποτε νόσημα. ταυτὶ μὲν οὖν ἤδη καὶ ὡς αἴτια πιστεύουσιν οἱ ἄνθρωποι τὰς νόσους ἀπαλλάττειν. τὰ δ᾽ ὡς σημεῖα τούτων δηλωτικὰ παραφροσύναι τέ εἰσι καὶ ἀγρυπνίαι καὶ κώματα καὶ ἀλγήματα καὶ δάκρυα καὶ δύσπνοια καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἅπερ χωρὶς τῶν τῆς πέψεως σημείων ἐπιφανέντα κακίστων διαθέσεών ἐστι γνωρίσματα. ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα, τά τε ὡς αἴτια τά τε ὡς σημεῖα κρίσιμα, μὴ αὐτίκα φαινέσθω, τουτέστι μὴ κατὰ τὸν πρῶτον καιρὸν τοῦ νοσήματος. τότε γὰρ εἰ φαίνοιτο, οὐ καλῶς, ἀλλὰ κακῶς ἐπιφαίνεται. τὰ δὲ τὴν πέψιν δηλοῦντα[1] σημεῖα,

1. V. de crifibus VII.

cationis vero quandoque male apparent eaque non in principiis, non in excrementis, fed in ftatibus debent apparere; quare neque fudores, faepe enim iteranda funt ea, ex quibus fummus ferri fructus poteft, neque vomitus, neque alvi excrementa, neque parotides, neque fanguinis profluvia, quae in principio ftatimque apparuerint, morbum unquam judicarunt, atque ab his quidem velut a caufis expelli morbos homines credunt; pro fignis vero, quibus haec indicentur, putant dementias, vigilias, graves fopores, dolores, lacrimas, refpirandi difficultates aliaque hujus generis permulta, quae fi absque fignis coctionis appareant, notae peffimarum affectionum cenfentur. Verum haec omnia et quae tanquam caufae et quae tanquam figna judicationis funt, ne ftatim, hoc eft in primo tempore morbi appareant, fi enim tunc apparebunt, profecto non boni quid, fed mali indicabunt, at quae concoctionem fignificant, etiamfi in prima primae

Ed. Chart. VIII. [545.]
εἰ καὶ κατὰ τὴν ὥραν πρώτην εὐθὺς φαίνοιτο τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ πρὸς τὰ καλὸν κἀγαθὸν ἀναφέρηται.

ιε'.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, εἰ[1] μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πολλὰ οὔ γε ὀργᾷ.

Μετὰ τὴν τῶν σημείων κριτικῶν τε καὶ πεπτικῶν διήγησιν περὶ φαρμακίας ἀκολούθως διαλέγεται· καὶ διδάσκει ἡμᾶς ἄριστος ἰατρὸς τὴν τῶν φαρμάκων χρῆσιν ἐπὶ τοῖς χυμοῖς πεττομένους εἶναι ἐπιτηδείαν, ἐπὶ ὠμοῖς[2] δὲ μὴ, πλὴν ὀργᾷν αὐτοὺς αἰσθανόμεθα. τὸ μὲν δὴ ὀργᾷν κυρίως μὲν εἴθισται λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ζώων τῶν ἐπειγομένων χρῆσθαι συνουσίᾳ. μετενήνεκται δὲ νῦν ἐπὶ τὰ κατεπείγοντα καὶ κινούμενα ταχέως νοσήματα καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ἐρεθίζηταί πως ἡ τοῦ κάμνοντος αἴσθησις ὑπὸ τῶν ὑγρῶν τε καὶ πνευμάτων ἀτάκτου κινήσεως. ἐπὶ γὰρ τούτων μόνον εὐλό-

1. *Corr.* εἰ pro ἤ. 2. de crifibus IX.

acceffionis hora appareant, certe ea erunt aequi et boni confulenda.

XV.

Concocta purgare ac movere oportet, non cruda; neque in principiis, nifi turgeant; multa autem non turgent.

Expofitis iis fignis, quae concoctionem judicationemque futuram indicant, de medicamentis propinandis deinceps differit, ac nos optimus medicus docet, ufum medicamentorum effe ad concoctos humores accommodatum, ad crudos non item; nifi turgere eos fentiamus, ac verbum quidem turgendi proprie dici de animantibus folet, quae ad rerum venerearum ufum impelluntur, nunc vero eft ad eos translatum morbos qui properant celeriterque moventur; praecipue autem quum fenfus aegroti hominis ab inordinata humorum fpiritusque agitatione quodammodo irritantur; quo fane cafu tantummodo quis-

Ed. Chart. VIII. [545.]
γως ἄν τις χρήσαιτο τῆς φαρμακίας κατ᾽ ἀρχὰς, σύμμαχον ἔχων εἰς τὸ τῆς ὁλκῆς εὐπετέστερον τὴν τῶν πλεοναζόντων χυμῶν καὶ ὑγρῶν κίνησιν, ὡς τά γε πρὸς τῷ τελέως ὑπάρχειν ἄπεπτα, τὰ μόνιμόν τε καὶ ἑδραῖον ἔχοντα χαλεπῶς ὑπακούειν ταῖς ὁλκαῖς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. προειπὼν γὰρ ὡς πέπονα χρὴ φαρμακεύειν, ὑπήνεγκε μὴ ὠμὰ μηδ᾽ ἐν ἀρχῇσι, δηλῶν τῆς ἀρχῆς οὔσης ὠμὸν τὸ νόσημα καὶ ἄπεπτον ὑπάρχειν, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἐὰν[1] μὲν γὰρ ἐν τῷ σώματι τὸ μὲν αἷμα τὸ χρηστὸν ὀλίγον, οἱ δὲ ὠμοὶ χυμοὶ πάμπολλοι, μήτε φλεβοτομεῖν χρὴ μήτε καθαίρειν μήτε γυμνάζειν, ἀλλὰ μήτε κινεῖν ὅλως μήτε λούειν. αἱ μὲν γὰρ φλεβοτομίαι τὸ μὲν χρηστὸν ἐκκενοῦσι, τὸ δὲ μοχθηρὸν, ὅπερ ἐν ταῖς πρώταις μάλιστα φλεψὶ ταῖς καθ᾽ ἧπαρ καὶ τὸ μεσάραιον ἀθροίζεται, πρὸς ὅλον ἐπισπῶνται τὸ σῶμα, καθάρσεις δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων στρόφους τε καὶ δήξεις ἐργάζονται, ἀλλὰ καὶ ταῖς λειποψυχίαις σὺν τῷ μὴ κενοῦν ἀξιολόγως. οἱ χυμοὶ γὰρ ὠμοὶ πάντες ἀργοί τε καὶ

1. de tuenda ſanitate V.

piam in principio medicamentis convenientes rationi et accommodate utetur; quippe qui motum humorum ac ſuccorum in corpore redundantium ad facilius attrahendum adjuvantem habeat, quod ea quae ex toto incocta ſunt, ſtabilia infixaque ſint, ideoque vix et difficulter trahi a medicamentis purgantibus queant; quumque praedixiſſet, *concocta medicari oportet*, intulit, *non cruda, neque in principiis;* ut quum principium eſt, crudum et incoctum morbum plerumque eſſe declararet. Quum enim in corpore ſanguinis probi exigua ſit copia et crudi humores ſint admodum multi, tum nec venam ſecare nec purgare nec exercere hominem oportet; imo vero neque movere penitus, neque lavare convenit. Si quidem venae ſectiones probum ſanguinem evacuant et pravum, qui in primis potiſſimum venis quae in jecore et lactibus ſunt colligitur, in totum corpus attrahunt; purgatio vero in iis et tormina et morſus creat, itemque animi defectiones, adde quod nec quidpiam notabile educit, quod

δυσκίνητοι διὰ τὸ πάχος τε καὶ τὴν ψυχρότητα καὶ ἐμφράττουσιν ἁπάσας τὰς στενὰς ὁδοὺς, δι᾽ ὧν χρὴ τὸ κενούμενον ἐν ταῖς καθάρσεσιν ἐπὶ τὴν γαστέρα παραγίνεσθαι. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὔτε αὐτοὶ κενοῦνται καὶ τοὺς ἄλλους ἐμποδίζουσι. δοτέον οὖν αὐτοῖς πρότερον ἐδέσματά τε καὶ ποτὰ καὶ φάρμακα λεπτύνοντα καὶ τέμνοντα καὶ κατεργαζόμενα τὸ πάχος τῶν χυμῶν ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. οὐ μὴν ἀλλὰ ἥτις τὸ ἀπόστημα τοῦ πικροχόλου χυμοῦ ἔκγονον ἢ φλεγματικοῦ[1] ἔχει, παραφυλάττειν δεῖ τὴν μείωσιν τὴν διὰ φαρμάκων γενομένην. εἰ δὲ ἐν τῇ ὥρᾳ πάνυ θερμῇ τὸ τῆς πλευρᾶς ἀπόστημα ἐκ τοῦ αἵματος συστῇ[2] καὶ ὁ ἐπικρατῶν ἐν τῷ σώματι χολώδης χυμὸς εἴη, πάντως κωλυτέον. ὁ γὰρ αἱματώδης χυμὸς εἰς χολὴν τρέπεται, ὅπερ γνωρίζεται, ἐπειδὴ ὁ κάμνων ἐπὶ τῇ τοῦ αἵματος πτύσει τὸ χολῶδες πτύελον ἐκπέμπει. ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ τοῦ προσώπου ἔρευθος[3] ταυτὸ τοῦτο ἐνδείκνυται, ὡς

1. *Corr.* mavult μελαγχολικοῦ. 2. *Corr.* αἵματος συστῇ pro αἷμα ἴσθι. 3. *Corr.* ἔρευθος pro ἐρέφθως.

μάλιστα μὲν ἐκ τῶν οὔρων, ἐλαιώδη γάρ ἐστιν ἅπερ τὴν ἀρχὴν συντήξεως σημαίνει, ὅταν δὲ καὶ ἐν χρώματι καὶ ἐν συστάσει, οἷον ἔλαιόν ἐστι, τότε σημαίνει ἀκμὴν τῆς διαθέσεως. μὴ ἐξαπατάτω δέ σε ταῦτα, ὅτι καὶ τοιαῦτα σχεδὸν γίνεται τῶν νεφρῶν πιμελῆς ἀναλυομένης. τοὺς μὲν οὖν διορισμοὺς παρέδωκεν Ἱπποκράτης εἰπών· ὁκόσοισι[1] λιπαρὴ ἡ ὑπόστασις καὶ ἀθρόη, τουτέοισι νεφριτικὰ σημαίνει· διότι ἐπὶ νεφρῶν ταχέως ἐκκρίνεται, ἐπὶ δὲ τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πιμελῆς, οὐ ταχέως, ἀλλὰ βραδέως. ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα περὶ τὰς ὀξεῖς νόσους καὶ κακοήθεις συμβαίνει, εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους ἀκριβῶς κατὰ τὸ προγνωστικὸν, καὶ οὐ χρὴ μηκύνειν τὸν λόγον.

κστ'.

Τοὺς μὲν οὖν χυμοὺς εἰδέναι, ἐν ᾗσιν ὥρῃσιν ἀνθέουσι καὶ

1. l. IV. aph. 76.

tur, quam ſane ex urinis potiſſimum cognoſces; ſunt enim illae oleoſae, eaeque principium colliquationis ſignificant; quumque et in calore et in conſiſtentia quid veluti oleum ſit, tum affectionis indicat ſtatum. Verum ne hujusmodi urinae in fraudem te conjiciant, propterea quod tales ferme excerni ſolent, quum renum pinguedo diſſolvitur. Sed diſtinctiones allatae ſunt ab Hippocrate, quum diceret: *quibus ſubſidentia pinguia ſunt et confertim exeunt, in iis renum affectiones indicant;* cauſa eſt, quia in renibus celeriter fit excretio, at in pinguedine totius corporis non celeriter ſed tarde. De his autem et de aliis omnibus quae acutis malignisque morbis accidunt, Hippocrates in libro praeſagiorum accurate diſſeruit; quocirca minime neceſſe eſt, pluribus ea verbis perſequi.

XXVI.

Humores igitur, quibus anni temporibus effloreſcunt, noſſe

Ed. Chart. VIII. [550. 551.]

οἷα ἐν ἑκάστοισι νοσήματα ποιέουσι καὶ οἷα ἐν ἑκάστῳ νοσήματι παθήματα.

Οὗτος ἦν ὁ σκοπὸς τοῦ περὶ χυμῶν βιβλίου, τὸ εἰδέναι τὴν φύσιν τῶν χυμῶν, οἵ τε ἐν τῷ σώματι τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ καὶ κατὰ ποίαν ὥραν ἐπικρατοῦσι, καὶ ποῖα καὶ πόσα νοσήματα ἐργάζονται καὶ τὸ τελευταῖον τοὺς τρόπους τῶν νοσημάτων οὐκ ἀγνοεῖν, ὅπερ ἐν τῷ τρίτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἐξηγησόμεθα. νῦν δὲ περὶ χυμῶν ὀλίγα ῥηθήσεται, ἐπειδὴ κατ' ἀρχὰς ἅπαντα σχεδὸν γέγραπται. αἱ[1] μὲν οὖν ὧραι τοῦ ἔτους διαφέρουσιν ὑγρότητι καὶ θερμότητι, ψυχρότητι[2] καὶ ξηρότητι· τοῦ μὲν χειμῶνος ὑγρότητι καὶ ψυχρότητι τὰς ἄλλας ἐπικρατοῦντος, ὥσπερ γε τοῦ θέρους θερμότητι καὶ ξηρότητι, τοῦ δ' ἦρος ἀκριβῶς ἀμφοῖν ὄντος ἐν τῷ μεταξὺ, κατὰ δὲ τὸ φθινόπωρον οὐχ ὁμοίως ἐστίν. ἀλλὰ κρύους μὲν ἕωθεν ὄντος ἀμφὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας θάλπος ἰσχυρὸν καὶ δείλης ὀψίας τὸ

1. l. l. in pr. epid. 10. 2. Haec verba *καὶ θερμότητι ψυχρότητι* in S. g. leguntur.

oportet et quosnam in singulis morbos efficiant et quasnam in unoquoque morbo affectiones pariant.

Erat hoc in libro de humoribus propofitum noffe humorum naturam qui in humano infunt corpore et quonam tempore quisque dominetur et quot qualesque morbi ab humoribus gignantur; denique non ignorare quinam fint modi morborum, quam rem nos in tertio horum commentariorum explanabimus; nunc vero de humoribus, quum in principio omnia fere quae ad hanc rem pertinent confcripferimus, pauca quaedam afferemus. Anni tempora differunt inter fe humiditate, caliditate, frigiditate ac ficcitate; ut hiems humiditate frigiditateque praeftet ceteris; aeftas caliditate ac ficcitate; ver fit accurate in medio utriusque conftitutum; autumni vero non [551] eft eadem ratio, fed frigus mane viget, meridie magnus calor, ad vefperam calor rurfus in frigus commutatur; in

Ed. Chart. VIII. [551.]
θάλπος εἰς κρύος αὖ πάλιν μεταπίπτει. ἐπικρατεῖ δ' ὅμως αὐτῶν τὸ μὲν ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ, τὸ δὲ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ, καὶ οὕτως ἐν ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εὑρήσεις. καθ' ἑκάστην δὲ τῶν ὡρῶν ἴδιος ἐπικρατεῖ χυμὸς, τοῦ μὲν χειμῶνος τὸ φλέγμα, τοῦ δ' ἦρος τὸ αἷμα, τοῦ δὲ θέρους χολὴ, φθινοπώρου δὲ ἡ ὀξεῖα. νοσήματα δὲ πλεονάζουσι κατὰ πάσας τὰς ὥρας, ὡς τοῦ μὲν ἦρος τὰ μελαγχολικὰ καὶ τὰ μανικὰ, τὰ ἐπιληπτικὰ καὶ αἵματος ῥύσεις καὶ τἄλλα πολλὰ, ἅπερ αὐτὸς καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς καὶ ἐν τῷ[1] περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων καταριθμήσατο· ὡς τὰ κυναγχικὰ καὶ κόρυζαι καὶ βράγχοι καὶ βῆχες καὶ λέπραι καὶ λειχῆνες καὶ ἀλφοὶ καὶ ἐξανθήσεις ἑλκώδεις πλεῖσται καὶ φύματα καὶ ἀρθριτικά. τοῦ δὲ θέρους ἔνιά τε τούτων καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες καὶ καῦσος καὶ τριταῖοι πλεῖστοι καὶ τεταρταῖοι καὶ ἔμετοι καὶ διάῤῥοιαι καὶ ὀφθαλμίαι καὶ ὤτων πόνοι καὶ στομάτων ἑλκώσεις καὶ σηπεδόνες αἰδοίων καὶ ἵδρωα. τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ πολλὰ

1. In lib. de aëre, aquis etc. cap. III. lib. III. aph. 20. 21, 8.

eo tamen ſic cum humido frigus calori dominatur, haecque in anni temporibus fere comperies. In ſingulis vero temporibus proprius quidam humor exſuperat, ut hieme pituita, vere ſanguis, aeſtate bilis, autumno acida bilis. Morbi autem frequentes in omnibus anni temporibus infeſti ſunt, ut verno tempore qui a melancholia oriuntur, itemque inſaniae, morbi comitiales, ſanguinis profluvia et alii permulti, quorum ipſe et in aphoriſmis et in libro de aëre, aquis et locis mentionem fecit: cujusmodi ſunt anginae, gravedines, raucitates, tuſſes, leprae, impetigines, vitiligines et ulceratae puſtulae quam plurimae et pani et quaecunque articulos attingunt; per aeſtatem vero, quum ex his quidam, tum vero alii morbi vigent, ut continuae febres et ardentes et tertianae eaeque plurimae; quartanae item et vomitus et alvi profluvia et lippitudines et aurium dolores et oris ulcerationes et pudendorum corruptelae et ſudores; autumno autem et multi

Ed. Chart. VIII. [551.]
τῶν θερμῶν καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι καὶ πλάνητες καὶ σπληνιτικὰ καὶ ὕδρωπες, φθίσεις καὶ λειεντερίαι καὶ δυσεντερίαι καὶ ἰσχιάδες καὶ ἄσθματα καὶ εἴλεοι καὶ ἄλλα πολλά. τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθῶν, πλευρῶν, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι καὶ ἀποπληξίαι. προστίθησι δὲ αὐτὸς καὶ τὰς νόσους τὰς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἑκάστου γινομένας, ἔτι δὲ καὶ τὰς κατὰ τὰ διαιτήματα καὶ τὰς χώρας καὶ τὰ τοῦ βίου ἐπιτηδεύματα. ἀξιοῖ μὲν οὖν εἰδέναι τοὺς χυμοὺς, ἐν αἷς ὥραις ἀνθοῦσιν, ὅπερ αὐτὸς ἔγραψεν οὕτως· αὔξεται μὲν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ μὲν φλέγμα τοῦ χειμῶνος, εἶτα τὴν αἰτίαν προστίθησι, τοῦτο γὰρ, φησὶ, τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ψυχρότατον γάρ ἐστι. περὶ δὲ ἦρος τάδε γράφει· τοῦ δὲ ἦρος τὸ φλέγμα ἔτι μένει ἰσχυρὸν ἐν τῷ σώματι καὶ τὸ αἷμα αὔξεται· κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέῳ ταῦτά ἐστι μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. τοῦ δὲ θέρους τότε αἷμα

aeſtivi et quartanae febres et erraticae et lienis morbi et aqua inter cutem et tabes et levitas inteſtinorum et eorundem difficultas et coxendicis mala; itemque ſuſpiria et volvulus et alia permulta; hieme lateris dolor, pulmonis inflammatio, gravedo, raucitas, tuſſis, dolor pectoris, coſtarum, lumborum et capitis, vertigines et morbus attonitus. Ipſe vero addit et morbos qui in cujusque aetate exoriuntur, itemque eos qui ex victus ratione originem ducunt et qui a regione et vitae inſtitutis excitantur. Cenſet autem, ut quibus temporibus humores floreant, intelligamus, qua de re ipſa ita ſcriptum reliquit: *augetur,* inquit, *in homine pituita hieme;* tum cauſam addit: *ejus enim,* inquit, *natura maxime omnium eorum quae inſunt in corpore hiemi reſpondet, eſt enim frigidiſſima.* De vere autem ſcribit haec; *vere autem pituita adhuc valens manet in corpore et ſanguis augetur.* Haec enim anni pars ei per naturam maxime reſpondet: ſiquidem humidus calidusque eſt. Aeſtate validus adhuc ſanguis eſt et bilis

Ed. Chart. VIII. [551.]
ἰσχύσει ἔτι ἐν τῷ σώματι, ἡ χολὴ δὲ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι καὶ παρατείνει ἐς φθινόπωρον. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται, διότι ἐναντίον ἑαυτῷ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτο τὸ αἷμα τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίνεται ἐν ἀνθρώπῳ, ἡ δὲ μέλαινα χολὴ τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν. ἐγένετο δ' εἰκότως τοιοῦτος ὁ χυμὸς διὰ τὸ προκατωπτῆσθαι τοὺς χυμοὺς τῷ θέρει, τὸ δ' ὑπόλειμμα τῶν ὀπτηθέντων, ὅταν τὸ θερμὸν σβεσθῇ, αὐτίκα γίνεται ψυχρόν τε καὶ ξηρόν· ψυχρὸν μὲν διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ σβέσιν, ξηρὸν δὲ ὅτι κατὰ τὴν ὄπτησιν πᾶν τὸ ὑγρὸν ἐξ αὐτοῦ ἐξεδαπανήθη. τὸ μὲν οὖν ἀνθεῖν τοὺς χυμοὺς οὐδὲν ἄλλο σημαίνειν ἔοικεν ἢ τόνδε τὸν χυμὸν ἐπικρατεῖν τῶν ἄλλων, ὡς εἶπον τὸ αἷμα τοῦ ἦρος, τὸ φλέγμα τοῦ χειμῶνος, τὴν χολὴν ξανθὴν ἢ ὠχρὰν τοῦ θέρους καὶ τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν τοῦ φθινοπώρου. περὶ δὲ τῶν νούσων τῶν κατὰ τοὺς χρόνους καὶ τὰ μέρη τοῦ ἔτους ἐν τῷ τρίτῳ ῥηθήσεται ὑπομνήματι. βούλεται δὲ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς, ὅσα ἐν ἑκάστῳ νοσήματι παθήματα·

in corpore ſeſe extollit et in autumnum pertinet; autumno exiguus ſanguis gignitur, propterea quod autumnus eſt ei natura contrarius, proinde fit ut autumno pauciſſimum ſanguinis in homine gignatur; at bilis atra et copioſiſſima et valentiſſima autumno eſt; ac merito quidem humor hujusmodi eſt exortus, ſiquidem humores aeſtate prius aſſati erant; aſſatorum autem reliquiae, quum primum exſtinctus calor eſt, frigidae ſiccaeque redduntur; ac frigidae, quia exſtinctus calor eſt; ſiccae, quia dum aſſarentur humor univerſus ſit abſumptus. Quod igitur ait, humores efflореſcere, nihil aliud videtur ſignificare, quam hunc vel illum humorem ſuperare ceteros, uti diximus, ut pituitam hieme, ſanguinem vere, flavam aut pallidam bilem aeſtate, melancholicum humorem autumno. De morbis autem qui per anni tempora ac partes oriuntur in tertio commentario diſſeremus. Jam vero illud etiam non eſſe nobis ignotum vult, ut quod in ſingulis morbis *παθήματα affectus* ſint, plane ſciamus; quod ut

Ed. Chart. VIII. [551.]

ἵνα δὲ τοῦτο δῆλον εἴη, ἰστέον ὅτι[1] πᾶσα διάθεσις τοῦ σώματος ἐξισταμένη τοῦ κατὰ φύσιν ἤτοι νόσημά ἐστιν ἢ αἰτία νοσήματος ἢ σύμπτωμα, ὅπερ καὶ πάθος καλοῦσιν. ἡ μὲν νόσος τὸ ἐναντίον τῇ ὑγείᾳ. διαφέρει δὲ ἀμφοῖν[2] τὸ πάθος. πᾶν γὰρ ὅ τι περ ἂν πάσχει τις πάθος προσρητέον, ὅθεν οἶμαι καὶ αἱ τῶν αἰσθήσεων ἀλλοιώσεις παθήματα προσαγορεύεται, ὡς κατὰ τὴν ὄψιν τὰς ἀπὸ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ξανθοῦ καὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων. κατὰ δὲ τὴν ἀφὴν τὰς ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων. οὕτω καὶ καθ' ἑκάστην τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. ὀνομάζομεν δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν πάθημα καὶ ὅλως ἅπασαν κίνησιν ἥντιναοῦν τὴν ἀφ' ἑτέρου γινομένην ἐν ἑτέρῳ. καὶ γὰρ ἡ τοῦ ποιοῦντος κίνησις ἐνέργειά ἐστι, πάθημα δὲ ἡ τοῦ διατιθεμένου πως ὑπ' αὐτοῦ. ὅθεν φαίνεται ἐν τῷ μεταβάλλεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ κινεῖσθαι τὸ πάθος ἔχειν τὴν γένεσιν. τοῦτο δὲ

1. de diff. ſymptom. I. 2. *Corr.* ἀμφοῖν per ἀμφὶ ponendum ducit.

ſit perſpicuum, ſcire convenit, omnem corporis affectionem quae de ſtatu naturae deflexit aut morbum eſſe aut morbi cauſam cenſeri aut ſymptoma, quod etiam πάθος *affectus* nomine appellatur, morbus autem eſt ſanitati contrarius et ab utrisque affectus differt; quod enim cunque patitur quispiam, id affectus nomine appellandum eſt, quamobrem, ut ego quidem puto, factum eſt ut ſenſuum alterationes appellentur affectus; ut in adſpectu quae a nigro, albo, flavo ceterisque coloribus proficiſcuntur; in tactu, quae a calore, frigore, humiditate, duritie, mollitie et aliis omnibus quae ſunt hujus generis accidunt; idem in ceteris ſenſibus intelligendum eſt. Voluptatem quoque affectum appellamus; et omnino omnem motum qui ab alio in alio excitatur: motus enim ejus qui facit, actio eſt, at ejus qui ab illo quodammodo afficitur, affectus; unde apparet, affectum tum, cum ſit mutatio, alteratio et motio, gigni; id vero jam nos in libro de voca-

Ed. Chart. VIII. [551.]

ἤδη δέδεικται ἡμῖν ἐν τῇ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων πραγματείᾳ. ἰδίως μὲν οὖν τὸ πάθος ἐπὶ πάσης τῆς ἔξωθεν κινήσεως ἐλέγετο παρὰ τῶν παλαιῶν. ἤδη[1] δὲ καταχρώμενοι καὶ τὰς ἐκ πάθους μὲν γεγενημένας τὰς διαθέσεις, οὐκέτι δὲ ἐν κινήσει, πάθη προσαγορεύουσιν. οὐ μὴν χρονιώτερόν γε οὐδὲ δυσλυτώτερον ἡ διάθεσις τῆς ἕξεως. καίτοι τὸ διακεῖσθαι[2] πρὸς ταὐτὸν τῷ[3] πάσχειν ἐστί. καὶ διήνεγκε τῆς διαθέσεως τὸ πάθημα κινήσει. παυσαμένου γὰρ τοῦ ἀλλοιοῦντος ἡ περὶ τὸ παθὸν[4] ἀλλοίωσις ὑπομένουσα διάθεσίς[5] ἐστι τοῦ παθόντος. παρὰ δὲ τὸ διακεῖσθαί πως τὸ τῆς διαθέσεως ὄνομα γέγονε, διότι ἕκαστον τῶν ὄντων διάκειταί πως εἴτε ὑγιεινὸν εἴτε νοσῶδες, ἄν τε[6] μηδέτερον ὑπάρχῃ.

1. l. II. meth. med. III. 2. Corr. διακεῖσθαι pro διατίθεσθαι. 3. Corr. τῷ pro τὶ τὸ. 4. Corr. τὸ παθὸν pro τῶν παθῶν. 5. Corr. διάθεσις pro θέσις. 6. Corr. τε pro δέ.

---

bulis medicis demonſtravimus, ac proprie quidem affectus nomine veteres omnes omnem motum externum ſignificant; qui tamen jam ab ipſo nomine abutuntur, eas etiam affectiones quae ex affectu ſunt genitae nec amplius ſunt in motu, affectus nominant; affectio tamen neque diuturnior, neque ſolutu difficilior eſt, quam habitus et tamen affectum eſſe idem fere eſt quod pati; et affectio ab affectu differt motione: nam quum ceſſavit, quod alterabat, ea quae in affecto permanet alteratio, eſt patientis affectio; nomen vero affectionis inde eſt declinatum, quod modo quodam quis afficiatur; ſiquidem omnia quae in rerum natura ſunt ſive ſana ſive aegra ſive neutra afficiantur.

Ed. Chart. VIII. [551.]

κζ'.

Τὸ δὲ σῶμα τὸ ἄλλο ἐς ὅ τι μάλιστα νόσημα ἡ φύσις ῥέπει, οἷόν τι σπλὴν ἐνοιδέων ποιεῖ. τούτων τι[1] καὶ ἡ φύσις, σχεδόν τε καὶ χρώματα κακίω καὶ σώματα σειρεεῖ καὶ εἴ τι ἄλλο, ταῦτα διαγεγυμνάσθαι.

Ὅπερ κατ' ἀρχὰς εἶπον, τὸ χρῶμα δείκνυσι πολλάκις τὸ νόσημα, διὸ συμβουλεύει, δεῖ τὴν τοῦ ὅλου σώματος ἕξιν πῶς ἔχει φύσεως ἡμᾶς διαγινώσκειν, ἵνα μὴ ἐξαπατῶμεν κατὰ τὰς νόσους ἢ τὴν ἕξιν τὴν φυσικήν. ἐνίοτε γὰρ τὰ χρώματα κακίω ἐστὶν ἢ σὺ κατὰ φύσιν εἶναι αὐτὰ ἡγήσῃ καὶ τότε ὑποπτεύσεις τὸν ἄνθρωπον οὐχ ὑγιαίνειν. χρὴ γοῦν εἰδέναι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, πρὸς τὸ μὴ ἀγνοεῖν εἰς ποῖον μέρος ἡ φύσις νοσοποιὸς ῥέπει· καὶ γὰρ τοῦ ἥπατος κακοπραγοῦντος ἰκτερικοὶ πολλοὶ γίνονται. ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ φύσιν τοιοῦτοί εἰσι κακῶς διακείμενοι κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν, ὅπερ σὲ εἰδέναι χρὴ, ἵνα μὴ σφαλεὶς νοσεῖν

1. *Corr.* τι pro δή.

XXVII.

Tum vero corpus reliquum ſpectandum eſt, ad quem morbum maxime natura vergit et quidnam lien intumeſcens facit; horum etiam quiddam natura facit, ac colores fere deteriores ſunt et corpora tument et ſi quid aliud ſit, te in his exercere oportet.

Quemadmodum initio dixi, color morbum plerumque indicat, ideo ne in morbis et habitu naturali fallamur, nobis conſulit, ut quomodo totius corporis habitus natura ſe habeat cognoſcamus; interdum enim colores deteriores ſunt, quam tu fortaſſe eos ſecundum naturam eſſe exiſtimares, ac tunc etiam non bene valere hominem ſuſpicabere; quocirca corporis habitum noſſe oportet, ut quam in partem morbi effectrix natura repat, non ignores: plerique enim in morbum regium cadunt, quod male affectum jecur ſit, interdum vero etiam ſecundum naturam tales ſunt, propterea quod in prima conformatione

αὐτοὺς ὅτε ὑγιαίνωσι νομίζεις· τότε γὰρ τῷ νοσοῦντι βοηθήσεις διὰ τῶν χρωμάτων ὁμοίων τοῦ χρώματος αὐτῶν. τοὐναντίον δὲ ποιητέον ἐν τοῖς τὸ αἷμα πτύουσι, τὸ γὰρ ἐρυθρὸν χρῶμα προκαλεῖν τὸ αἷμα φαίνεται, ὅτι πᾶς χυμὸς τῶν ὁμοίων ἐκκαθαίρεται προσθέσει· ὡς περὶ τῶν ἐναντίων εἴσω τοῦ σώματος ὠθεῖται. πῶς δὲ χρὴ τὴν φυσικὴν ἕξιν μαθεῖν καὶ γινώσκειν, αὐτὸς ἑνὶ[1] *παραδείγματι δηλοῖ· οἷον, φησὶ, τι σπλὴν ἐνοιδέων ποιεῖ, ὡς γὰρ ὄγκοι πολυειδεῖς κατὰ τὸν σπλῆνα κακοπραγοῦντα συνίστανται, οὕτω καὶ ἡ αὐτὴ*[2] *δύναται ποιεῖν· ὡς τὰς τῶν χρωμάτων κακώσεις καὶ τοῦ σώματος κένωσιν καὶ τὰς ἄλλας διαθέσεις, ἐν αἷς χρὴ τὸν ἰατρὸν εἶναι γεγυμνασμένον. πολλοὶ*[3] *δὲ ὄγκοι παρὰ φύσιν ἐν σπληνὶ εἰώθασι γίνεσθαι, ὡς ἡ μὲν σκληρότης ἐν τοῖς κάτω μέρεσιν καί τινα εἶναι στρογγύλον, τινὰ δὲ πλατὺν, τινά τε ἐπὶ μῆκος ηὐξημένον· καὶ ὁ μὲν*

1. *Corr.* ἑνὶ pro ἐπὶ. 2. *Corr.* ἡ αὐτὴ pro οἱ αὐτοί.
3. l. II. in VI. epid. XL.

male affecti ſint, quod eſſe tibi planum debet, ne decipiaris et eos aegrotare tum, quum non aegrotant, exiſtimes, atque eo quidem tempore aegrotis auxiliari convenit iis coloribus qui ſint ipſorum colori perſimiles, contra vero faciendum eſt in iis qui ſanguinem conſpuunt: ruber enim color provocare ſanguinem videtur, ſiquidem humor omnis ſimilibus admotis expurgatur, ut adhibitis contrariis intra corpus pelli conſuevit. Ceterum quomodo ſcire ac dignoſcere naturalem habitum oporteat, ipſe unius appoſitione exempli declaravit, ut quidnam, inquit, lien intumeſcens facit: quemadmodum enim multiplices tumores ex liene male affecto oriuntur, ita etiam facere ipſe habitus poteſt: cujusmodi ſunt vitia coloris, corporis, evacuationes ac reliqua genera affectionum, in quibus eſſe exercitatum medicum oportet. Multi autem praeter naturam tumores obſidere lienem ſolent, ut duritia in partibus inferioribus, ut quidam ſit rotundus, quidam [552] latus, quidam in longitudinem, porro autem qui a parte

Ed. Chart. VIII. [552.]

σκληρὸς ἐν τοῖς κάτω, διότι κάτω τὴν ῥοπὴν ἔχει, κατάῤῥοπος λέγεται ὑφ' Ἱπποκράτους, ἢ[1] καὶ διότι εἰς τὰ κάτω μόρια τοῦ σώματος ὠθεῖ τοὺς ἐν αὐτῷ μοχθηροὺς χυμούς. οὐ γὰρ δεῖ ἀπορεῖν περὶ σπληνὸς ἢ ἕλκει μὲν τὸ οἰκεῖον, ἀποκρίνει δὲ τὸ ἀλλότριον, ἀλλοιοῖ[2] δὲ καὶ κατέχει, ὅσον ἂν ἐπισπᾶσθαι πέφυκεν. ἀναγκαῖαι γὰρ ἐδείχθησαν αἱ τέσσαρες αὗται δυνάμεις ἅπαντι μορίῳ τῷ μέλλοντι θρέψεσθαι· ἀλλὰ περὶ τὰς διακρίσεις τῶν περιττωμάτων ἁμαρτίαι γίνονται. εἰσὶ δὲ αἰτίαι τριτταί· μία μὲν ἡ τῶν ἐκκαθαιρόντων αὐτὰ μορίων ἀτονία· δευτέρα δὲ ἡ στενοχωρία τῶν ὁδῶν· τρίτη δὲ τοῦ περιττώματος αὐτοῦ μοχθηρία καὶ προσέτι τῆς ἀτονίας αἰτία ἐστὶ δυσκρασία. τῆς δὲ στενοχωρίας ἡ ἔμφραξις ἢ ὄγκος τις τῶν ὀργάνων. τῶν δὲ ὄγκων[3] αἴτιον ὑπάρχει ῥεῦμα χυμῶν εἰς αὐτὸ κατασκῆπτον τὸ σῶμα τῶν ὀργάνων. τῆς δὲ ἐμφράξεως ἤτοι πάχος ἢ γλισχρότης τῶν χυμῶν ἢ βλαστήματα. ἡ[4] δὲ μοχθηρία

1. l. II. in VI. epid. XXXVIII. 2. Corr. ἀλλοιοῖ pro ἄλλοι. 3. Corr. τῶν δὲ ὄγκων pro τὸν δὲ ὄγκον. 4. l. III. de cauf. fympt. II.

inferna durus eft, qui deorfum vergit, ideo ipfum κατάῤῥοπον Hippocrates vocat, quia pravos humores quos in fe continet, in partes corporis inferiores propellit. Neque enim de liene dubitandum eft, an quod fibi proprium eft trahat et alienum fecernat alteretque et contineat quidquid attrahere fuapte natura poteft: fiquidem in iis commentariis qui funt a nobis de naturalibus facultatibus confcripti, quatuor facultates unicuique particulae quae nutrienda fit effe neceffarias demonftravimus. Verum tamen in excrementis fecernendis errores committuntur, cujus rei triplex eft caufa: prima eft partium ipfa expurgantium imbecillitas, altera eft anguftia viarum, tertia eft excrementi ipfius vitium. Praeterea vero imbecillitatis caufa eft intemperies, anguftiae vero obftructio aut aliquis inftrumentorum tumor; tumorum vero caufa eft humorum defluxio quae in ipfum inftrumentorum corpus irruit, obftructiones aut craffitudo aut tenacitas humorum aut

Ed. Chart. VIII. [552.]

τῶν περιττωμάτων ἐστὶ πλῆθος καὶ πάχος καὶ γλισχρότης. τὰ δὲ περιττώματα τρία ἐστὶ τῆς ἐν ταῖς φλεψὶ πέψεως· ἓν μὲν τὸ πικρόχολον· ἕτερον δὲ τὸ μελαγχολικόν· τρίτον δὲ τὸ ὀῤῥῶδες. τὸ μὲν πικρόχολον ἡ ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστις ἐκκαθαίρει. τὸ δὲ μελαγχολικὸν ὁ σπλὴν, τὸ δὲ ὀῤῥῶδες οἱ νεφροί. διὸ ἐν τοῖς τοῦ σπληνὸς πόνοις καὶ τὰ τῆς χρόας ὅλου τοῦ σώματος ἐπὶ τὸ μελάντερον ῥέπει κατὰ τὸ τῆς ἀτονίας αὐτοῦ πάθος, ἐπειδὴ τὴν ἐνέργειαν ἔχει φύσει, τὸ μελαγχολικὸν ἐκ τοῦ ἥπατος ἕλκειν αἷμα εἰς ἑαυτὸν, ᾧ καὶ τρέφεται. τῆς μὲν οὖν ἑλκτικῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἀτόνου γενομένης ἀκάθαρτον εἰς ὅλον τὸ σῶμα φέρεται τὸ ἐξ ἥπατος αἷμα καὶ κατὰ τοῦτο μελάντερον αὐτοῖς[1] γίνεται τὸ χρῶμα. ἐνίοτε δὲ ἐκεῖνο τὸ περίττωμα ἀθυμίας τε καὶ δυσθυμίας μελαγχολικὰς ἐργάζεται, ἐνίοτε δὲ σιτίων ὀρέξεις σφοδροτάτας, πολλάκις δὲ ἀνατροπήν. ἀλλὰ καὶ σκιῤῥούμενος ὑδέρους ἐπιφέρει, συμπαθοῦντος[2] αὐτῷ τοῦ ἥπατος. οὐχ ἥκιστα δὲ κακοπραγῶν ἐν χρόνῳ πλείονι ἤ τε διὰ φλε-

1. *Corr.* αὐτοῖς pro αὐτῆς. 2. Leg. de atra bile VI.

quid velut germen ad natum; vitia autem excrementorum ſunt multitudo, craſſitudo et tenacitas, excrementa autem concoctionis quae in venis fit tria ſunt, ut bilioſum, ut melancholicum, ut ſeroſum, bilioſum vero veſica jecori adjuncta expurgat melancholicum lien, ſeroſum renes, indeque fit ut in lienis vitiis color totius corporis ad nigrius vergat, prout ipſius imbecillitatis affectus poſtulat, quando haec eſt ei a natura tributa actio, ut melancholicum ſanguinem jecore in ſe trahat eoque nutriatur. Itaque ubi attrahendi vis quae in ipſo eſt infirma fit facta, tum ſanguis ex jecore prodiens impurus in totum corpus comportatur, ideoque color fit nigrior, interdum etiam illud excrementum animi defectiones et moeſtitias melancholicas gignit, interdum vero vehementiſſimas ciborum appetentias excitat, ſaepe etiam averſionem, imo vero etiam cum ſcirrhum contraxit, aquam inter cutem affert, jecore nimium in affectus conſenſum perducto nec minus etiam idem male affectus diutius aut propter inflammatio-

Ed. Chart. VIII. [552.]

γμονὴν ἤ τε[1] διὰ σκίῤῥον ἀχροίας ἐργάζεται κατὰ πᾶν τὸ σῶμα πρὸς τὸ μελάντερον ἐκτρεπόμενος. ἴσθι μὲν οὖν τὸ χρῶμα λευκὸν καὶ χλωρὸν τὴν τοῦ ἥπατος ἀπόστασιν ἐνδείκνυσθαι, τὸ δὲ χλωρὸν καὶ μέλαν τὴν τοῦ σπληνὸς, λευκὸν δὲ καὶ * * τὴν τοῦ πνεύμονος. τοιούτων δὲ χρωμάτων ἴδια σώζεται, ὅταν τὰ ἀποστήματα ἥκιστα διακαῆ ἐστιν. ὁ δὲ σπλὴν αὐτὸς κακίω ἐργάζεται τὰ τοῦ ὅλου σώματος χρώματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀεὶ μελάντερός ἐστι τοῦ ἥπατος. καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν τῆς θερμῆς καὶ ξηρᾶς κράσεως ζώων. ἔχει δὲ ὅλον ἡμέτερόν τι περὶ μελαίνης χολῆς βιβλίον, καθ' ὃ ταῦτά τε καὶ τἄλλα πάντα τὰ πρὸς τοῦτο ποιοῦντα γέγραπται.

κη'.

Ψυχῆς ἀκρασίη ποτῶν[2] καὶ βρωμάτων, ὕπνου, ἐγρηγόρσεως ἢ δι' ἔρωτάς τινας, οἷον κύβων, ἢ διὰ τέχνας ἢ δι'

1. Manus prima εἴτε, ſed corrector fecit ἤτε. 2. *Corr.* ποτῶν pro ὠτῶν.

nem aut propter ſcirrhum ad nigriorem colorem converſus toti corpori vitia coloris impertitur, qua in re ſcire debes, album viridemque colorem nobis indicare abſceſſum in jecore eſſe, viridem et nigrum in liene, album et * * in pulmone, horum autem colorum forma ſervatur, quum abſceſſus minime ſuccenſi ſunt, ſed ipſe lien univerſi corporis colores vitiat ac deteriores facit, quin etiam ipſe eſt ſemper jecore nigrior, praeſertim vero in iis animantibus, quorum calidior eſt temperatura atque ſiccior. Tu vero unum habes a nobis compoſitum de atra bile librum, in quo et haec et cetera, quae ſunt hujus generis omnia continentur.

XXVIII.

Animi intemperantia in cibis, potibus, ſomno, vigilia aut propter amores quosdam, ut teſſerarum; aut propter

Ed. Chart. VIII. [552.]

ἀνάγκας καρτερίη πόνων καὶ ὥντινων τεταγμένη ἢ ἄτακτος.

Τρία ἐστὶ τὰ τῆς ψυχῆς μόρια τὰ καθ' ὁρμὴν ἡμᾶς κενοῦντα. ὅτι δὲ τρία μόρια σύμπαντά ἐστιν, εἴτε μόρια ψυχῆς εἴτε δυνάμεις, ὑφ' ὧν ὁ βίος ἡμῶν διοικεῖται, ἤδη ἀποδέδεικται. ὡς καθ' ἑτέραν μὲν δύναμιν ἡμᾶς λογίζεσθαι, καθ' ἑτέραν δὲ θυμοῦσθαι, κατ' ἄλλην δὲ ἐπιθυμεῖν, ὅτι μὲν δὴ καὶ ταῖς οὐσίαις ἀλλήλων διαφέρει καὶ πολλοὶ μᾶλλον ὅτι κατὰ διαφέροντας ἵδρυται τόπους πρόδηλον εἶναινομίζομεν. καὶ γὰρ ἕτερον εἶναι μέρος τῆς ψυχῆς τὸ ἐπιθυμοῦν τοῦ λογιζομένου εἰδέναι πάντες οἷοί τε[1] εἰσίν. ἐν μὲν γὰρ τῷ[2] πίνειν ἐφιέμεθα πληρωθῆναι σιτίων, ἐν δὲ τῷ διψᾷν πόματος. ἀλλὰ παῖδες ὄντες ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἑτοίμως ἐπὶ τὸ πληρωθῆναι ἐχόμεθα, μήτε εἰ συνοίσει τοῦτο, μήτε εἰ βλάψει σκοπούμενοι. κατὰ δὲ τὴν ἡλικίαν καὶ τὸν λογισμὸν γενόμενοι, πολλάκις μὲν οὐδ' ὅλως πίνομεν, ἐπειδὰν πει-

1. *Corr.* οἷοί τε pro εἴτε. 2. *Corr.* τῷ pro τό.

artes aut propter neceſſitates laborum tolerantia et quorum ordinata eſt aut inordinata.

Tres ſunt animi partes quibus ad voluntarium motum incitamur, atque has quidem omnes ſeu partes, ſeu facultates animi appelles, a quibus vita noſtra gubernatur, eſt jam a nobis demonſtratum, ut una ſit, qua ratiocinamur, altera qua iraſcimur, tertia qua cupimus; itemque eas ſubſtantia inter ſeſe differre ac multo etiam magis in differentibus eſſe locis ſitas, perſpicuum eſſe arbitramur: omnes enim poſſunt cognoſcere, partem animi qua cupimus eſſe ab ea qua ratiocinamur diverſam; nam et quum fame urgemur, impleri cibis expetimus, quum ſitis urget, potus cupiditate ducimur, at in pueritia more brutorum ſaturitati operam damus, neque utrum profuturum illud ſit aut nociturum conſideramus. Quum autem in viros non ſolum aetate, ſed etiam ratione evaſerimus, ſaepe nihil plane bibimus, quod potum eſſe nociturum

Ed. Chart. VIII. [552.]

σθῶμεν ὑπὸ τοῦ πόματος βλάβην ἔσεσθαι, πολλάκις δ' ὀλιγώτερον ἢ ὅπου ἐπιθυμοῦμεν, εἰ κἀνταῦθα μέλλει βλάψειν τὸ πλέον. θεασόμεθα δὲ πολλάκις καὶ μάχην τῆς λογιστικῆς δυνάμεως πρὸς τὴν ἐπιθυμητικὴν ἔν τε νόσοις καὶ ἄλλαις πολλαῖς[1] περιστάσεσιν, ἐν αἷς οὔπω δοκεῖ καιρὸς εἶναι προσφέρεσθαι τὸ πόμα τὸν διψῶντα καὶ σιτία τὸν πεινῶντα καὶ θάλπεσθαι τὸν ῥιγοῦντα καὶ ψύχεσθαι τὸν θαλπόμενον καὶ χρῆσθαι ἀφροδισίοις τὸν ἐπὶ ταῦτα ὀργοῦντα. ἡ μὲν γὰρ ἄλογος ἐν ἡμῖν δύναμις ἐφ' ἕκαστον τῶν ἐπιθυμουμένων ἕλκει τὸν δεόμενον, ὁ δὲ λογισμὸς ἀντισπᾷ καὶ κατέχει τὴν οὐκ ἐν καιρῷ φοράν· ἀλλ' ὅμως ἔνιοί φασι μίαν εἶναι τῆς ψυχῆς οὐσίαν, τὴν δ' οὐσίαν εἶναι βούλονται τελειότητα τῆς ἑκάστου φύσεως. εἰ μὲν οὖν τι τοιοῦτον πρᾶγμά ἐστιν, ἡ ἀρετὴ μία ἔσται· εἴπερ καὶ τελειότης ἐστὶ μία, καὶ οὕτω κατὰ τὸ λογιστικὸν μέρος τῆς ψυχῆς ἀναγκαῖον ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἀρετήν. καὶ ὑπὲρ ἓν μόνον ἐστὶ τοῦτο ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ λογιζόμενον οὐ χρὴ ζητεῖν ἀρετὰς πολλάς. εἰ δὲ καὶ τὸν

1. Corr. πολλαῖς.

persuasum habeamus; saepe etiam minus quam cupiamus sumimus, si majore sumptum copia noxam allaturum sit; saepe etiam pugnam ejus partis animi in qua mens et ratio elucet, quum ea quae cupiditate alitur, quum in morbis, tum aliis plerisque conditionibus spectamus, in quibus nondum esse opportunum videtur, ut esurienti cibus, sitienti potus offeratur nec eum qui riget calefaciamus nec refrigeremus eum qui colore sit perfusus nec rebus venereis utatur is qui ad eas incitetur; facultas enim quae in nobis est rationis expers ad singula nos trahit quae cupimus; ratio retrahit impetum intempestivum ac cohibet. Et tamen quidam sunt, qui unam esse animi substantiam velint; eam porro substantiam ajunt esse cujusque naturae perfectionem, si vero tale quidpiam est, virtus una erit: siquidem una est perfectio, atque ita in animi parte in qua inest ratio scientiam esse virtutem erit necessarium; sique una sola pars animi quae rationis est compos insit in nobis, nihil est cur multas virtutes re-

Ed. Chart. VIII. [552.]
θυμὸν, ἀναγκαῖον ἔσται κἀκείνου γενέσθαι τὴν ἀρετὴν, οὕτω δὲ καὶ εἰ τρίτον ἄλλο πρὸς τούτοις εἴη τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἑξῆς μὲν αὗται τρεῖς, ἄλλη δ' ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλας αὐτῶν σχέσεως γίνεται τετάρτη· καὶ οὕτως ἕτερον μέν ἐστι τὸ λογιζόμενον, ἕτερον δὲ τὸ ἐπιθυμοῦν, ἄλλο δὲ τὸ θυμούμενον καὶ ἔσται τις ἀρετὴ καθ' ἕκαστον αὐτῶν μία. καλοῦσι μὲν τὴν ἐν τῷ λογιζομένῳ σοφίαν ἢ φρόνησιν ἢ ἐπιστήμην. τὴν δὲ ἐν τῷ θυμουμένῳ πάλιν ἀνδρείαν, τὴν δὲ ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ σωφροσύνην. ὅταν μὲν οὖν ὁ λόγος μόνος ἐπὶ τῶν ὁρμῶν τῆς ψυχῆς ἔχῃ τὴν αἰτίαν, ἐπ' αὐτῷ παύεται ἡ ὁρμή· ὅταν δὲ ἤτοι θυμὸς ἢ ἐπιθυμία τις αὐτῷ προσέλθῃ, δυνάμεις ἄλογοί[1] τε καὶ παραπλησίαι τῷ κατὰ σῶμα βάρει, παραχρῆμα μὲν οὐχ οἷόν τε στῆναι, χρόνῳ δ' ἂν ἴσως γένοιτο καὶ τοῦτο, καθάπερ ἐπὶ τῶν θεόντων. ἐνίοτε δὲ συνεκθεῖ τῷ πάθει ὁ λογισμὸς καὶ τότε ἅπερ ἐκεῖνο

1. *Corr.* ἄλογοι pro ὀλίγοι.

quiramus; si vero etiam iracundiam statuamus, ejus quoque virtutem esse necesse erit: sic si ad has duas tertia quoque pars in qua cupiditates versantur accedat, tres subinde virtutes erunt et quarta idem ex mutua harum relatione exorietur, atque ita diversa erit pars rationis, diversa pars cupiditatum, diversa denique ea quae irarum aestu fluctuat, eritque una cujusque partis virtus propria; ut eam quae in parte quae rationis particeps est sapientiam aut prudentiam aut scientiam vocent; eam quae in parte iracundiae versatur fortitudinem; quae in cupiditatum inest parte temperantiam. Quum autem sola ratio in causa est, ut animus appetitione ducatur, penes ipsam etiam est sedandae appetitionis facultas; si vero aut iracundia aut cupiditas ad ipsam accesserint; quae nimirum facultates sunt expertes rationis et corporis gravitati persimiles, illico non potest, ubi vult, consistere; progressu tamen temporis, ut in currentibus usu venit, hoc fortasse consequetur; interdum vero etiam ratio cum affectu concurrit, ac tunc quae affectus facit ea comprobat ratio,

Ed. Chart. VIII. [552. 553.]

πράττει καὶ ὁ λογισμὸς δοξάζει, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀκολάστων. δοξάζουσι γὰρ ἀγαθὸν εἶναι μέγιστον οὗτοι τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἡδίστων, ἑκουσίως ἑπομένου τοῦ λογισμοῦ αὐτῶν[1] κατὰ τὴν ψυχὴν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἀντιτείνει δὲ ὁ λογισμὸς τῷ πάθει μὴ δοξάζοντος μὲν ἀνθρώπου καλὸν εἶναι ἢ ἀγαθὸν τὴν ἀπόλαυσιν τῆς προκειμένης ἡδονῆς· ἑλκομένης δέ πως ἐπ' αὐτὴν διὰ τὴν τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως ἰσχυρὰν κίνησιν, ἀλλ' εἰ μὲν λογισμὸς κρατήσειεν, ἐγκρατὴς αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἔσται καὶ λέγεται. εἰ δ' ἐπιθυμία, τοὐναντίον ἀκρατὴς ὀνομάζεται. ὅταν δὲ ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ μόνον πρὸς τὴν τῶν ἡδέων ἄγηται χρῆσιν, ὁ τοιοῦτος σώφρων καλεῖται· σκοπὸν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν οὐ τὴν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ τὴν ὠφέλειαν πεποιημένος, ὥσπερ γε καὶ ἀκόλαστος ὁ πρὸς τῆς ἐπιθυμίας μόνης ἀγόμενος ἀκολουθοῦντος αὐτῇ τοῦ λόγου· διὸ περὶ τὸν ὕπνον, ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον τοῦ τῶν ἐπιθυμιῶν, τὸ δὲ

1. αὐτῶν uncinis inclusum.

quod in intemperantibus perspicitur; qui jucundissimis rebus frui summum bonum esse existimant, quod ratio in animo ipsorum cupiditatem sponte sequatur, resistit vero etiam affectui ratio, quum homo voluptatis ejus quae proposita est non opinatur quidem honestam esse aut bonam delectationem, sed tamen a valenti quodam facultatis quae concupiscit motu ad ipsam attrahitur; quo loco si ratio superabit, is homo et sui et suorum affectuum continens erit et nominabitur; si cupiditas vincet, contrario nomine appellabitur et impotens dicetur; quum vero a sola ratione ad usum rerum jucundarum [553] ducetur, ipsarum perceptionem non fructione, sed usu metitus, is temperans vocabitur, sicut intemperans qui solum a cupiditate trahitur, quam etiam ratio consequatur; quocirca quum dormientibus ea pars animi quae mentis et rationis particeps sit cupiditatibusque imperet sopita langueat; illa autem in qua veritas quaedam sit atque

Ed. Chart. VIII. [553.]
θηριῶδές τε καὶ ἄγριον, ὡς ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Πλάτων[1], ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθὲν σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητεῖ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὐτοῦ ἤθη· τότε πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν, ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμένον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως. πολλὰ γὰρ μιαρὰ ἐπιχειρεῖ καὶ μιαιφονεῖν ὁτιοῦν βρώματός τε καὶ πόματος ἀπέχεσθαι μηδενὸς ἐνὶ λόγῳ οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει οὔτε ἀναισχυντίας. ὅταν δὲ ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὐτοῦ καὶ σωφρόνως καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ, τὸ λογιστικὸν μὲν ἀγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων εἰς σύννοιαν αὐτὸς αὐτῷ ἀφικόμενος, τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ, ὅπως ἂν κοιμηθῇ καὶ μὴ παρέχῃ θόρυβον τῷ βελτίστῳ, χαῖρον ἢ λυπούμενον, ἀλλὰ ἐῶν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκοπεῖν καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ αἰσθάνεσθαι ὃ μὴ οἶδεν, ἤ τι τῶν γεγονότων ἢ ὄντων ἢ μελλόντων, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραΰνας καὶ

1. Plato de polit. 455.

agreſtis immanitas, ut appellare Plato ſolet, quum ſit immoderato obſtupefacta potu atque paſtu, exſultat in ſomno et jactatur quaeritque quomodo id ipſum, quod vult, conſequatur, quo tempore nihil eſt, quod non audeat, quaſi omnem verecundiam pudoremque exuerit: multa enim impure conatur ac trucidare aliquem videtur atque a nullo potus paſtusque genere abſtinere et omnia facere tetre cum temeritate atque impudentia; at qui ſalubri et moderato victu quieti ſe tradiderit, ea parte animi quae mentis et conſilii agitata eſt et bonarum cogitationum epulis ſaturata et ea parte animi in qua voluptates verſantur nec inopia enecta nec ſatietate affluenti, ut conquieſcat, neque tumultum ullum praeſtantiſſimae parti afferat aut laetitia ipſam perfundens aut moerore conficiens, ſed ſinat, ut ipſa per ſe ſola atque pura conſideret earumque rerum ſtudio ducatur quas non novit, ſive eae praeſentes ſint ſive praeteritae ſive futurae; illa etiam tertia pars in qua irarum exiſtit ardor, ſedata

Ed. Chart. VIII. [553.]

μὴ τισιν εἰς ὀργὰς ἐλθὼν κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ᾽ ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη κινήσας[1], ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίνεται οὕτως ἀναπαύηται ἐν τῷ τοιούτῳ τῆς ἀληθείας μάλιστα ἅπτεται καὶ ἥκιστα παράνομοι τότε αἱ ὄψεις τῶν ἐνυπνίων φαντάζονται. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῆς ἀκολασίας γίνονται. καὶ τί δεῖ τἄλλα τὰ κακὰ καὶ τὰ νοσήματα ἐκ ταύτης ὁρμαίνοντα λέγειν; ἄπειρα γὰρ σχεδόν ἐστι καὶ μὴ δυνατὰ διὰ βραχέων καταριθμεῖσθαι. καὶ ἡμεῖς μὲν γὰρ ἴσμεν τὰ νοσήματα πληθώρια ἐκ τούτου τοῦ γένους εἶναι μάλιστα καὶ προσκαλεσάμενος πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοιούτους, ἐν ἐκείνῳ μὲν καιρῷ πάντα ἔπραξα, ἅπερ εἶναι πρὸς ὑγίειαν ἀναγκαῖα ἡγούμην, ἔπειτα δὲ κενοῦν εἰσβάλλοντος[2] ἦρος ἐπιχειρισάμην. ἔνιοι μὲν τὰ πολλὰ μέρη τοῦ σώματος ἔχοντες ἀσθενῆ, ὡς τὴν κεφαλὴν ἢ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἢ τοῖς ὀνομαζομένοις σκοτωματικοῖς πάθεσιν εὐάλωτοι, τὴν ἴασιν εἶχον παρ᾽ ἡμῶν τῇ κενώσει, προσδιασκεψομένων ἡμῶν ὁποῖόν τι τὸ ἀθροιζόμενον αὐτοῖς εἴη. τινὲς μὲν γὰρ

1. *Corr.* κινήσας pro κοινώσας. 2. de cur. per ſang. miſſ. VII.

ac reſtincta ſit nec ulli infenſa quieſcat, atque ita duabus animi partibus compreſſis, illa tertia pars rationis et mentis eluceat ſeque acrem ad ſomniandum praebeat; tum veritatem maxime attingit, neque ei viſa abſurda occurrunt, atque haec quidem ex incontinentia intemperantiaque oriuntur. Sed quid attinet dicere cetera mala et item morbos qui ex ipſa originem ducunt? Innumerabiles ſane ſunt ferme et tot ut paucis explicari non poſſint: nos enim perſpectum habemus, morbos eos qui ex nimia omnium humorum copia exiſtunt, hinc potiſſimum exoriri; et quum me ad ejusmodi homines quidam arceſſerent, eo tempore feci omnia quaecunque ad bonam valetudinem eſſe neceſſaria exiſtimabam; deinde autem ineunte vere eos evacuare conatus ſum; nonnulli etiam ſunt qui multas corporis partes imbecillas habant, ut caput, ut oculos aut qui affectibus iis qui a vertigine oriuntur facile corripi ſolent; hi ſunt a nobis evacuatione curati, quum tamen prius quid coacervari in eis ſoleret confide-

Ed. Chart. VIII. [553.]
τὸν πικρόχολον ἀθροίζουσι χυμὸν πλέονα τῶν ἄλλων, τινὲς δὲ τὸν μελαγχολικὸν ἢ φλεγματικόν. ἔνιοι δὲ ὁμοτίμως ἅπαντας, ἐφ' ὧν αἷμα πλεονάζειν λέγεται. ἐγὼ γοῦν πολλοὺς ἐτῶν ἤδη πλειόνων ἐνοχλουμένους ἐκ διαλειμμάτων ἀλγήμασι ποδῶν ἰασάμην ἤτοι καθαίρων τὸν πλεονάζοντα χυμὸν ἐν ἀρχῇ τοῦ ἦρος ἢ αἵματος ἀφαιρῶν. ἀλλ' ἰστέον ὅτι δεῖ τοιούτους εἶναι μετρίους κατὰ τὴν ὅλην δίαιταν, τοὺς δὲ ἀκολάστους οἰνόφλυγάς τε καὶ γαστριμάργους οὐδὲν μέγα ὠφέλησα φαρμακεύων ἢ φλεβοτομῶν. ἀθροίζουσι γὰρ ἐν τάχει πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἀκολάστως διαιτώμενοι. τούτους μὲν οὐδὲ ἐπιχειρεῖν χρὴ θεραπεύειν. ὅπη δὲ εὐπειθεῖς εἰσιν, ὀνήσονται μέγιστα εἰ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἦρος κενωθήσονται καὶ πρὸς τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν ἀχθήσονται. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐπιληπτικοῖς καὶ ἀποπληκτικοῖς καὶ σκοτωματικοῖς καὶ αἱμοπτυϊκοῖς καὶ μελαγχολικοῖς ποιητέον εἶναι δοκεῖ. πότερον μὲν οὖν ταῦτα ἐκ τῆς ἀκρασίας γεγέ-

raviſſemus; nonnulli enim amarae bilis humorem copioſiorem, quam aliorum colligunt, aliis melancholicus, aliis pituitoſus; in aliis ex aequo omnes coacervantur, in quibus redundare ſanguis dicitur. Equidem permultos curavi, qui multorum annorum ſpatio pedum doloribus per intervalla fuerant conflictati, quum in eis redundantem humorem in principio veris evacuaſſem aut ſanguinem detraxiſſem. Illud tamen ſciendum eſt, eos in tota victus ratione eſſe moderatos oportere, quum intemperantes, vinoſos et abdomini datos ſive purges ſive ſanguinem eis mittas, magnopere juvare non poſſis; intemperanter enim viventes magnam crudorem humorum copiam celeriter coacervant, quorum ne aggredi quidem curationem oportet; contra vero ſi medico ſint dicto audientes, maxime adjuvantur, ſi initio veris evacuentur et ad ſalubrem victus rationem adducantur. Idem in morbo comitiali attonitaque et vertigine et ſputo ſanguinis et melancholia eſſe faciendum videtur. Utrum autem haec omnia ex in-

Ed. Chart. VIII. [553.]

νηται ἢ ἐκ τῆς ἄλλης αἰτίας σκοπεῖν δεῖ. τὰς δὲ αἰτίας ἄλλας αὐτὸς προστίθησιν εἰπών· ὕπνου, ἐγρηγόρσεως ἢ δι' ἔρωτάς τινας, οἷον κύβων ἢ διὰ τέχνας ἢ δι' ἀνάγκας καρτερίη πόνων. αἵπερ αἰτίαι δυναταί εἰσιν ἀλλοιοῖν τὸ σῶμα καθάπερ τυγχάνει πολλάκις διὰ σφοδρὰν ἀγρυπνίαν ἢ ἔνδειαν τροφῆς ἢ δι' ἔρωτα γίνεσθαι τὸ τοιοῦτον πρόσωπον, οἷον Ἱπποκράτης τὸ νεκρῶδες ὑπογράφει.[1] ἔτι δὲ διὰ κόπους τινὰς προηγησαμένους καὶ φροντίδας, μάλιστα μὲν καὶ εἰ τὸ χωρίον εἴη θερμὸν καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους θερινὴ καὶ ἡ κατάστασις θερμὴ καὶ ξηρά. καὶ πολὺ μᾶλλον εἰ χολωδέστερος ὁ ἄνθρωπος εἴη φύσει. πρὸς τούτοις δὲ καὶ εἴ τις τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἔχῃ ἀσθενὲς, οὗτος διαφορεῖται καὶ διαπνεῖται ῥᾳδίως. ταὐτὸ τοῦτο γίνεσθαι συμβαίνει οὐ μόνον διὰ λιμὸν καὶ ἔνδειαν τροφῆς καὶ ἀγρυπνίαν, ἀλλὰ καὶ διάῤῥοιαν καὶ ἄμετρον κένωσιν αἵματος ἐκ ῥινῶν ἢ μήτρας ἢ αἱμοῤῥοΐδος ἢ τραύματος ἢ καὶ λύπην σφοδρὰν ἢ καὶ τὸν

1. l. I. prognoſt. VIII.

temperantia an vero ex alia cauſa profecta ſint, ſpectare oportet; alias porro cauſas ipſe commemorat: ſomnum, inquam, vigilias aut ſi propter rei alicujus amorem, ut teſſerarum aut artem aut neceſſitatem ſit laborum tolerantia. Quae ſane cauſae alterare corpus poſſunt, quemadmodum ſaepe uſu venit ut propter vehementem vigiliam aut alimenti inopiam aut amorem talis fiat facies qualem eſſe cadaveroſam deſcripſit Hippocrates; quod idem evenit propter laſſitudines quasdam quae praeceſſerint itemque ſollicitudines, praeſertim vero ſi regio calida ſit, tempus anni aeſtivum, caeli ſtatus calidus et ſiccus, ac multo magis ſi homo ſit natura bilioſiore; praeterea vero ſi quis ventriculi os habeat imbecillum hujus habitus facile digeritur et perſpiratur. Hoc ipſum fit non ſolum propter famem et cibi inopiam ac vigilias, ſed etiam propter alvi profluvium aut immodicam ſanguinis evacuationem, quae vel ex naribus vel ex utero vel ex haemorrhoide vel ex vulnere profluat; itemque propter vehementem triſtitiam

ἔρωτα ὅπερ γυναικός τινος ὀφθείσης τῶν[1] κατὰ τὴν οἰκίαν δείκνυσιν ὁ σφυγμὸς[2] αὐτίκα μὲν ἀνώμαλός τε καὶ ἄτακτος γινόμενος, ὀλίγον δ' ὕστερον εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανελθὼν ἅμα τῷ διαχωρῆσαι τὴν ὀφθεῖσαν· οὗτος γὰρ σφυγμός τι πάθος ταραχῶδες ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου γεγονέναι ψυχῇ σημαίνει, ἀλλὰ καὶ λεγομένων τινῶν εἰς ἀνωμαλίαν οἱ σφυγμοὶ τρέπονται τῶν ἀῤῥώστων, ἐφ' οἷς ἤκουσαν ταραττομένων. τὴν μέντοι τῶν σφυγμῶν διάγνωσιν ἢ οὐκ εἶχεν Ἱπποκράτης ἢ οὐ μετεχείρησε. καὶ μὴν αὐτὸς ἔοικεν οὐκ ἔρωτα γυναικὸς σημαίνειν, ἀλλὰ τῶν ἄλλων πραγμάτων, ὡς τῆς πεττείας καὶ κυβείας. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ ὅσον χρόνον σπουδαῖος ἀνὴρ διατρίβει περὶ τὰς καλὰς καὶ ἀγαθὰς τέχνας, τοσοῦτον οὗτοι ἐν τοῖς συμποσίοις ἐν τῇ κυβείῃ καὶ τῇ πεττείᾳ χρονίζουσι. καὶ ἐν τούτοις ἐπιτηδεύμασι μὴ πάνυ καλοῖς τοσοῦτον καρτεροῦσι, ὥστε καὶ ψύξιν σφοδρὰν καὶ ἄμετρον θάλπος πάσχειν καὶ μόγις ἐν τῷδε τῷ καιρῷ μη-

1. *Corr.* in margine ὅπερ γυναικός τινος ὀφθείσης τῶν. 2. *Corr.* in marg. δείκνυσιν ὁ σφυγμός.

aut amorem, id quod pulſus, quum primum viſa eſt quaedam ex iis mulieribus quae in domo ſunt indicat; ſiquidem ſtatim inaequalis et inordinatus redditur, ac paulo poſt, ubi illa quae viſa eſt diſceſſit, in ſuum naturalem ſtatum redit; is enim pulſus turbulentam quandam in animo hominis factam eſſe perturbationem indicat. Fit etiam idem inaequalis, quum quaedam nunciantur, quod aegroti iis ipſis quae adierunt perturbentur, ſed hanc a pulſibus profectam notitiam vel non habuit Hippocrates vel certe non exercuit, quamquam ipſe non amorem quem in mulierem quis habeat, ſed aliarum rerum ſignificare videtur, ut teſſerarum et talorum; ſunt enim quidam, qui tantum temporis in conviviis, talis teſſeriſque conſumant, quantum vir probus ac virtutis ſtudio ductus in bonis ingenuiſque artibus ponere conſuevit, atque in iis ipſis ſtudiis non ita praeclaris tantum perſeverant, ut et frigus vehemens et immodicum aeſtum perferant et eo tempore

Ed. Chart. VIII. [553.]

δέτερον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ λιμώττουσι καὶ πείνουσι καὶ εἰς δυσκόλους τε καὶ ἀνιάτους διαθέσεις συμπίπτουσιν. ὡς δ' οὗτοι διὰ τὸν ἔρωτα κύβων νύκτας τε καὶ ἤματα πάντα ἀγρυπνοῦσι καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπέχουσιν, οὕτως οἱ περὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τέχνας διατρίβοντες, διὰ φιλομάθειαν καὶ τὴν τῶν μαθημάτων γνῶσιν πολλὰ ἑκόντες πράττουσιν, ἅπερ αὐτοῖς νόσους καὶ παθήματα τίκτουσι. τί λέγω τὰ πολεμικὰ ἔργα καὶ τὰ γεωπονικὰ καὶ κυνηγετικὰ καὶ ἁλιευτικὰ καὶ ἑνὶ λόγῳ τὰ θηρευτικὰ πάντα. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ πολλὴν παρέχουσι χρείαν πρὸς τὴν ὑγίειαν διὰ τὰ γυμνάσια καὶ πολλοὺς καρποὺς φέρει, ἀλλ' ὅμως τοσούτους καὶ τοιούτους ἔχουσι πόνους καὶ κινδύνους καὶ φόβους ἀναμεμιγμένους, ὡς τὰ πολλὰ καὶ δεινὰ καρτερεῖν δεῖν· καὶ γὰρ τραύματα καὶ πληγὰς πάσχειν καὶ ἀγρυπνίας καὶ ὁδοιπορίας ἐργάζεσθαι ἀέκοντας καὶ τὸ κρύος καὶ καῦμα καὶ ὑετὸν πολλάκις[1] ὑπομένειν ἀναγκάζονται. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι, οὓς

1. *Corr.* in marg. add. πολλάκις.

vix quidpiam ſentiant, imo vero et fame et ſiti enecantur et in graves et inſanabiles affectiones cadunt. Ut autem hi amore talorum atque aleae vigilant noctesque diesque et ceteris rebus omnibus carent, ſic qui in artibus ſcientiisque verſantur ſtudio doctrinae cupiditateque ſcientiarum ducti multa ſua ſponte faciunt, quae et morbos et affectus in ipſis pariunt. Quid jam ego de bellicis rebus, de agricultura, de venatione, aut de terreſtribus aut aquatilibus animalibus capiendis et uno verbo de omni genere venationis dicam? haec enim ut magnum uſum ad bonam valetudinem magnosque fructus afferant, tamen tot ac tantos labores ac timores et pericula habent adjuncta, ut multa eaque terribilia et gravia perferre neceſſe ſit; nam et vulnera et plagas pati et vigilare et itinera conficere quum nollent et frigoris aeſtusque injurias perferre et pluvias ſuſtinere ſaepiſſime homines coguntur. Alii etiam ſunt quos neceſſe eſt paupertate com-

Ed. Chart. VIII. [553. 554.]
χρὴ διὰ πενίαν καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἴσως τοῖς ἄλλοις, ὅπερ αὐτὸς εἶπε διὰ ἀνάγκας, πονεῖν τε καὶ τὰς τέχνας ἀσκεῖν, ὡς ὑφαντικὴν, χαλκευτικὴν, σκυτοτομικὴν καὶ τὰς ἄλλας μηχανικὰς καλουμένας. ἄλλοι δὲ μὴ συνεχῶς ταῦτα ποιοῦσιν· ἀλλὰ δεῖ αὐτοὺς ἐνίοτε καρτερεῖν ἢ πόνων ἢ λιμοῦ ἢ ψύχους ἤ τινος ἄλλου τῶν ἔξωθεν. χρὴ γοῦν εἰδέναι, εἰ τοῦτο τεταγμένως ἢ ἀτάκτως, τουτέστι πότερον ἀεὶ ἢ[1] κατὰ χρόνον πάσχουσιν. ἔσται γὰρ τοῦτο καὶ πρὸς θεραπείαν καὶ πρὸς τὴν πρόγνωσιν λυσιτελές.

κθ'.

Αἱ[2] μεταβολαὶ ἐξ οἵων εἰς οἷα.

Μεταβολαὶ κατὰ τὸ περιέχον ἡμᾶς καὶ αἱ πρὸς αὐτῶν ἡμῶν γιγνόμεναι κατὰ βραχὺ οὐκ ἔχουσι τὸ σφαλερῶς.[3]

1. *Corr.* in marg. add. πότερον ἀεὶ ἤ. 2. l. III. in VI. aph. XXVII. 3. Manus prima σφαλερῶς, ſed alius fecit σφαλερές.

pulſos et quia non ita ut reliqui rebus abundant, quod ipſe ſignificavit, quum dixit *aut propter neceſſitatem;* quos, inquam, neceſſe eſt laborare atque in artibus verſari, ut telam texere et ferrariam exercere aut in corio incidendo verſari aut alias artes quae ſordidae nominantur pertractare; alii vero non perpetuo haec faciunt, ſed coguntur interdum labores perferre aut famem aut frigus aut quidpiam aliud quod foris adveniat tolerare; quocirca ſcire oportet illudne ordinatum ſit an vero inordinatum, hoc eſt utrum ſemper an ad alicujus ſpatium temporis patiantur; ſiquidem haec cognitio erit ad curandum morbum et ad praeſagiendum accommodata.

XXIX.

[554] *Mutationes ex quibus ad quae fiant conſiderandae.*

Aëris nos ambientis mutationes quaeque a nobis paulatim fiunt periculoſae non ſunt, ſolas vero magnas ac

Ed. Chart. VIII. [554.]
μόνας δὲ τὰς ἀθρόας σφαλερὰς πρὸς τὴν ὑγίειαν ἴσμεν εἶναι· διὸ ταύτας δεῖ φυλάττεσθαι. διὰ μὲν οὖν ταύτην τὴν αἰτίαν ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς γράφει ὧδε. αἱ [1] μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι μάλιστα νοσήματα καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταβολαὶ, ὡς τάσδε εἶναι ἃς φυλακτέας συμβουλεύει ἀλλαχοῦ. χρὴ μὲν οὖν τῇ τῶν ἐναντίων προσαγωγῇ ἀντιβαίνειν ταῖς τοῦ περιέχοντος ἀνωμαλίαις, ξηραίνοντας μὲν τὸ σῶμα κατὰ τὰς ὑγρὰς μεταβολὰς, ὑγραίνοντας δὲ κατὰ ξηρότητας καὶ θερμαίνοντας καὶ ψύχοντας, ὁπότε τούτων ἑκατέρου καιρὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐν τῇ διαίτῃ ἐκ τῶν γυμνασίων κατὰ βραχὺ εἰς ἀργίαν καὶ ἐκ τῆς ἀργίας εἰς τὰ γυμνάσια πορεύονται· καὶ [2] ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ αὐτὸς τοῦτο κελεύει κατὰ τὸν ἐκεῖνον ἀφορισμὸν οὗ ἡ ἀρχὴ, τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν ἢ πληροῦν ἢ θερμαίνειν ἢ ψύχειν ἢ ὅλως τὸ σῶμα κινεῖν σφαλερὸν καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, τὸ δὲ κατ'

1. l. III. aph. I. 2. l. II. aph. LII.

repentinas esse periculosas, quod ad sanitatem pertinet, habemus exploratum, quamobrem cavendae sunt; quae causa fecit, ut ita in aphorismis scriptum reliquerit: *temporum*, inquit, *mutationes maxime morbos pariunt;* et in anni temporibus magnae mutationes fiunt, ut has esse, quas alibi cavendas monet, intelligamus. Ergo debemus admovere contraria, ut aëris inaequalitatibus occurramus, hoc est ut in humidis mutationibus corpus exsiccemus itemque humectemus in siccitatibus, itemque calefaciamus ac refrigeremus, quum haec ambo postulare usus videbitur. Eadem quoque erit victus habenda ratio, ut ab exercitationibus ad otium paulatim et ab otio similiter ad exercitationes progrediamur; simili quoque modo in aliis omnibus idque ipse jubet in eo aphorismo, cujus hoc est initium: *multum ac repente vacuare vel replere vel calefacere vel refrigerare aut omnino corpus movere, periculosum et quidquid nimium est, id naturae est inimicum;*

Ed. Chart. VIII. [554.]
ὀλίγον, ἀσφαλές. δῆλον οὖν ἐστιν οὐ μόνον τοῖς[1] κάμνουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν, τὰς παρὰ τὸ ἔθος μεταβολὰς ἐξαπίνης μεγάλας οὐ μικρὸν ἐργάζεσθαι κακόν. ὡς εἴ τις μὴ εἰωθὼς ἀριστᾶν ἀριστήσειεν, οὗτος ἄῤῥωστός τε καὶ βαρὺς ὅλον τὸ σῶμα γενήσεται καὶ ἀσθενὴς καὶ ὀκνηρὸς, βαρυνομένης δηλονότι τῆς δυνάμεως ὑπὸ τῆς τροφῆς ὡς ὑπὸ φορτίου. ἐπὶ δὲ τῶν εἰθισμένων ἀριστᾶν, οὐκ ἀριστησάντων δὲ, ἀσθένειαν τῆς δυνάμεώς ἐστιν εἰδέναι, εἴπερ κατὰ τὸν αὐτῆς λόγον ἡ δύναμις ἐν ταῖς τοιαύταις μεταβολαῖς ἀῤῥωστεῖ, ἀλλὰ καὶ κρεμᾶσθαι δοκεῖ αὐτοῖς τὰ σπλάγχνα, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, καὶ[2] οὖ ῥέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν καὶ ἄφοδος συγκαίεται καὶ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται καὶ τὰ ἄκρα διαψύχεται. εἶτα ἵνα γνῶμεν, φυλακτέας μάλιστα[3] τὰς μεγάλας μεταβολὰς, προστίθησιν· ὁπόταν οὖν τοιαῦτα γίνηται τοῖς ὑγιαίνουσιν ἕνεκεν ἡμίσεος ἡμέρας διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος οὔτε προσθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται οὔτε ἀφελέειν.

1. de vict. rat. XXII. 2. de vict. rat. XXIV. 3. de vict. rat. XXVI.

paulatim vero quod ſit, tutum. Eſt igitur perſpicuum, mutationes magnas repente praeter conſuetudinem factas non modo aegrotis, ſed ſanis etiam non mediocrem noxas afferre; ſi quis exempli gratia qui prandere non conſueverit, prandium ſumat, is totum corpus infirmum et grave perſentiet ipſeque debilis et piger reddetur, quod vires a cibo veluti a pondere quodam praegraventur; in iis vero qui prandere ſoliti ſunt, ſi non prandeant, virium ineſſe imbecillitas perſpicitur, propterea quod in ejusmodi mutationibus vires ſuapte ratione infirmae redduntur: *viſcera quoque*, ut Hippocrates ſcriptum reliquit, *eis pendere videntur*, *urina calida pallidaque*, *ſtercus exuritur*, *oculi concavi redduntur*, *tempora palpitant et extrema perfrigerantur.* Deinde vero, ut magnas mutationes eſſe cavendas, maxime intelligamus, addit: *quum igitur iis qui ſani adhuc ſunt haec accidant, ſi per dimidium diei conſuetam victus rationem mutent, certe planum eſt, nihil aut addi*

Ed. Chart. VIII. [554.]

ἔτι δὲ ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖον, ὅτι μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξεις συμβαινόντων μάλιστα νοσοποιέουσιν. οὐ δεῖ οὖν ἐξαπίνης τι μεταβάλλειν καὶ εἴ τις μεταβολὴ γένοιτο, σκεπτέον ἐξ οἵων εἰς οἷα, πότερον κατὰ βραχὺ ἢ ἀθρόως· πότερον κατὰ ποιότητα, ἢ κατὰ ποσότητα, πότερον ἐν τοῖς σώμασιν ἢ αἰτίοις ἢ σημείοις· καὶ[1] ἐν τοῖς σώμασι μὲν εἰ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἢ νοσοῦσιν, ὡς ὑγιαίνοντα δεῖ οὕτω φυλάττειν, νοσοῦντα δὲ ἰᾶσθαι. ἐν δὲ τοῖς σημείοις ἅπερ συμβαίνουσι καὶ ἐξ ὧν τὰ σώματα καὶ τῶν αὐτῶν φύσεις διαγινώσκονται. ἐν δὲ ταῖς αἰτίαις, ἐξ ὧν ἡ τῆς ὑγιείας φυλακὴ ἐπιτελεῖται. ὁπότε δὲ τοῦτο δῆλον εἴη, ἴσθι τούτων ἁπάντων ὕλης τέτταρας εἶναι τὰς διαφορὰς, ὡς τὰ προσφερόμενα, ποιούμενα, κενούμενα καὶ ἔξωθεν προσπίπτοντα. τὰ μὲν οὖν προσφερόμενά ἐστι τὰ ἐδέσματα καὶ πόματα, καί τινα τῶν φαρμάκων ἔσω τοῦ σώματος λαμβανόμενα καὶ ὁ ἀὴρ ὁ εἰσπνεόμενος. ποιούμενα

1. de tuenda ſanitate XV.

aut detrahi utiliter poſſe. Tum ſubjungit: *hoc autem ſatis magno argumento eſt, quod maximae mutationes tum naturae, tum vero habitus noſtri, potiſſimum morbos pariunt.* Itaque nihil eſt repente commutandum, at ſi qua fiat mutatio, tum ex qualibus in qualia fiat, videndum erit, utrum paulatim an confeſtim, utrum in qualitate an in quantitate, utrum in corporibus an in cauſis, an vero in ſignis; atque in corporibus, an in ſanis an vero etiam aegrotis: ſiquidem ſana corpora conſervanda ſunt, aegrotis adhibenda medicina eſt. In ſignis vero quae ipſis accidunt corporibus, ex quibus et corpora et ipſorum naturae dignoſcuntur. In cauſis denique, ex quibus ſanitatis cuſtodia perficitur. Quum autem hoc planum ſit, ſcito horum omnium eſſe differentias quatuor quae admoventur; quae educuntur; quae fiunt; quaeque extrinſecus incidunt. Quae admoventur ſunt cibi, potus et medicamenta quaedam quae intra corpus ſumuntur; itemque aër quem ſpiritu ducimus. Quae fiunt ſunt frictiones, deam-

Ed. Chart. VIII. [554.]
δὲ τρίψεις τε καὶ περίπατοι καὶ ὀχήσεις καὶ ἱππασίαι καὶ πᾶσα κίνησις. τὰ δὲ αἴτια πολλά τέ ἐστι καὶ πολυειδῆ, τῷ δὲ γένει αὐτῶν συγκαταριθμοῦνται καὶ αἱ ἐγρηγόρσεις καὶ ὕπνοι καὶ ἀφροδίσια. τὰ δὲ ἔξωθεν προσπίπτοντά ἐστι τάδε· πρῶτον μὲν ἀὴρ, ἔπειτα δὲ λουτρὰ, ἀλείμματα. ταῦτα γὰρ πάντα τὰ εἰρημένα ἀλλοιοῦσθαι[1] δύναται τὰ κατὰ τὸ σῶμα καὶ μεταβολὴν ποιεῖ κατὰ τὸ ποιὸν καὶ κατὰ τὸ ποσὸν, ὡς κατὰ τὸ ποιὸν ἐν τῷ θερμαίνεσθαι καὶ ψύχεσθαι καὶ ξηραίνεσθαι καὶ ὑγραίνεσθαι, κατὰ δὲ τὸ ποσὸν ἐν τῷ τρέφεσθαι καὶ κενοῦσθαι. αὕτη δὲ ἡ κένωσις διττὴ, ἑτέρα μὲν τῶν περιττωμάτων, ἑτέρα τῆς οἰκείας φύσεως ἀπυῤῥεούσης. προσέχειν οὖν τὸν νοῦν δεῖ πάσῃ μεταβολῇ, ἐξ οἵων εἰς οἷα γένηται.

λ'.

Ἐκ[2] τῶν ἠθέων φιλοπονίη ψυχῆς ἢ ζητέων ἢ μελετέων

1. Manus prima ἀλλοιοῦσθαι, ſed alius fecit ἀλλοιοῦν. 2. de natura human. 39.

τησιν, ὡς τῇ ὑγρότητι καὶ θερμότητι καὶ ψυχρότητι καὶ ξηρότητι, ἐδείχθη γὰρ ὁ χειμὼν ὑγρότητι καὶ ψυχρότητι τὰς ἄλλας ὑπερβάλλειν. τὸ θέρος δὲ θερμότητι καὶ ξηρότητι.[1] ἐν δὲ τῷ ἦρι κρατεῖν οὐδέτερον κατ᾽ οὐδετέραν ἀντίθεσιν οὔτε τὸ ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ οὔτε τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ. ἀλλ᾽ ἔστιν ὁμοιότης τῶν ὡρῶν ἁπασῶν ὅλης τῆς ἡμέρας ὡς πρὸς τὴν νύκτα μηδεμία μεγάλη μεταλλαγὴ εἴη ἐν αὐτοῖς. κατὰ δὲ τὸ φθινόπωρον ἕωθεν ψῦχος, περὶ μέσην τὴν ἡμέραν θάλπος, ἐπὶ δὲ τῇ ἑσπέρᾳ πάλιν κρύος τυγχάνει γεγονός. ὅμως δὲ ἐν αὐτῷ ἐπικρατεῖ τὸ μὲν ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ καὶ τὸ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ. αὕτη μέν ἐστι κατάστασις τῶν ὡρῶν κατὰ τάξιν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τοῖς ἔτεσι γινομένη, τὴν δὲ μεταβολὴν, ἥπερ κατὰ βραχὺ ποιεῖται, μόγις διὰ παντὸς τοῦ χρόνου οἱ ἄνθρωποι αἰσθάνονται. εἰ δὲ γένοιτο κατὰ μείζονα, τότε οὐδὲ ὡραίως, οὐδὲ εὐτάκτως αἱ ὧραι προϊοῦσι. τίνες οὖν αἱ δυνάμεις εἰσὶ τῶν εἰρημένων ποιοτήτων ὑγρότητος καὶ ξηρότητος, θερμότητος καὶ ψυχρότητος, διδάσκει αὐτὸς Ἱπποκράτης ἐν

1. *Corr.* in margine ἐδείχθη γὰρ — καὶ ξηρότητι adjecit.

miditate, caliditate, frigiditate ac ſiccitate differunt, atque hiemem alia tempora ſuperare humiditate ac frigiditate oſtenſum eſt; aeſtatem caliditate ac ſiccitate; vere neutrum in neutra repugnantiae parte excellere neque ſiccum humido, neque calidum frigido, ſed eſſe omnium totius diei ac noctis horarum ſimilitudinem ac nullam magnam in illis fieri mutationem; autumno mane frigus, meridie aeſtum, veſperi frigus iterum vigere et tamen in ipſo ſiccum humido et frigidum calido praeſtare, haecque eſt temporum ordinem ſuum ſervantium conſtitutio, quae in annis plerumque cernitur, atque homines eam mutationem quae paulatim fit vix toto tempore perſentiſcunt; quod ſi ea fiat major, tum neque tempeſtive, neque ordinate anni tempora procedunt. Quaenam autem ſint praedictarum qualitatum vires, ut humiditatis, ſiccitatis, caliditatis et frigiditatis, docet ipſe in aphoriſmis, quum ait:

Ed. Chart. VIII. [563.]

ἀφορισμοῖς[1] λέγων· τῶν δὲ καταστάσεων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι καὶ ἧσσον θανατώδεις, νοσήματα δὲ ἐν ταῖς ἐπομβρίαις ὡς τὰ πολλὰ γίνονται πυρετοί τε μακροὶ καὶ κοιλίης ῥύσις καὶ σηπεδόνες, ἐπίληπτοι καὶ ἀπόπληκτοι καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖσι φθινάδεις, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι· καὶ ταῦτα μὲν εἶπε περὶ τῆς καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα διαφορᾶς. περὶ δὲ τῆς κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα λέγει δι' ὧν ἔγραψε περὶ τῶν βορείων τε καὶ νοτίων καταστάσεων, περὶ ὧν μετ' ὀλίγον ῥηθήσεται. νῦν δὲ χρὴ ἡμᾶς διδαχθέντας τὰς πρώτας δυνάμεις τῶν καταστάσεων, οὕτω περὶ πασῶν καταστάσεων τῶν γενομένων ὁδῷ καὶ τάξει προϊόντας, ὁποῖά τε γενήσεται νοσήματα εὑρίσκειν καὶ ὅπως αὐτὰ κωλυτέον ἐστὶν ἢ συστάντα θεραπευτέον. οὐ δεῖ δὲ ἀμελεῖν τῆς χώρας ἐν τούτοις, ἐπειδὴ καὶ αὕτη συνενδείκνυταί τι πρὸς τὴν τῶν νοσημάτων πρόγνωσιν,

1. l. III. aph. XV.

ex anni constitutionibus in universum siccitates sunt imbribus salubriores et minus mortales. Imbribus enim morbi fere nascuntur hi, febres longae, alvi fluores, putredines, morbi comitiales attonitique et anginae; siccitatibus vero hi, tabidae lippitudines, articulorum dolores, urinae stillicidia: quae ab Hippocrate de ea differentia quae in humiditate siccitateque est dicta sunt; de ea vero quae in caliditate frigiditateque versatur loquutus est, quum de aquilonibus austrinisque constitutionibus agit, de quibus paulo post differetur. Nunc vero quum primas constitutionum vires didicerimus, facta de omnibus iis quae accidunt constitutionibus conjectura, debemus via et ratione progredi sic, ut qui morbi futuri sint et quomodo prohiberi possint, aut si jam constiterint, quomodo curandi sint inveniamus, neque in his rebus disquirendis non est adhibenda diligentia, ut quod ad regionis naturam pertinet, intelligamus, propterea quod regio quoque aliud indicat, quod ad praenotionem morborum facit; sicut etiam

Ed. Chart. VIII. [563.]

ὥσπερ ἥ τε φύσις ἑκάστου καὶ ἡ ἡλικία καὶ τὸ ἐπιτήδευμα καὶ ἡ δίαιτα. τὰ μὲν γὰρ ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ τῆς φύσεως καὶ κατὰ τὰς ἔξωθεν περιστάσεις ῥᾶον ἁλώσεται τοῖς ὑπὸ τῆς ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς καταστάσεως ἐσομένοις νοσήμασι, τὰ δὲ ἐναντία δυσχερέστερον. ἐὰν μὲν οὖν πᾶσαι αἱ τοῦ ἔτους ὧραι τὴν ἰδίαν φύσιν φυλάττοιντο, αἱ νόσοι γενήσονται εὐκρινέστατοι, ἢν δὲ μὴ, δύσκριτοι, τουτέστι κακόκριτοι. τῶν γὰρ δυοῖν ἕτερον συμβήσεται, ἢ μετὰ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων τὰς κρίσεις γίνεσθαι, ἢ ὀλεθρίους ἢ καὶ τὸ τρίτον ὑποστροφὰς ποιεῖσθαι. περὶ δὲ τῶν ἐπιχωρίων ἔχεις παρ' αὐτοῦ * * *

στ'.

Ὅτι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρῃ, ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἔσται τὰ νοσήματα, οἷα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίγνεται. ἢν δ' ὁμοίως ἄγῃ, ἢ τοιουτότροπα καὶ ἐπὶ τοιοῦτο εἱλκυσμένα, οἷον ἴκτερον φθινοπωρινὸν, ψύχεα γὰρ ἐκ θαλπέων καὶ θάλπος ἐκ ψύχεος.

cujusque natura, aetas, vitae inftitutum et victus ratio: humidae enim frigidaeque naturae etiam propterea externas caufas facilius in eos morbos cadent quos humida frigidaque pariet conftitutio, contrariae vero difficilius. Itaque fi omnia anni tempora fuam naturam fervarint, morbos judicatu facillimos parient; fin fecus, difficiles, hoc eft qui male judicabuntur: alterutrum enim horum duorum continget vel ut judicationes cum periculofis fymptomatis conjunctae vel perniciofae fint vel hoc tertium accidat, ut recidivae fiant. De morbis autem patriis ac familiaribus habes quae ipfe fcripta reliquerit * * *

VI.

Ut autem tempus variabit, ita fimiles aut diffimiles morbi erunt qui eo tempore oriuntur. Si vero fimiliter procedat, morbi quoque hujusmodi erunt et ad talem modum tracti, qualis eft morbus regius autumnalis: frigora enim ex caloribus et calor ex frigore.

Ed. Chart. VIII. [563. 564.]

Πῶς ἐξαλλάττονται αἱ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὧραι σαφῶς ἐδίδαξεν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ ὑδάτων, ἀέρων καὶ τόπων. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς· ὡς ἔνθα φησὶν, ὅταν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον κατὰ τὸ θέρος ἔσονται πυρετοὶ ὀξεῖς καὶ ὀφθαλμίαι καὶ δυσεντερίαι. καὶ πάλιν εἰ μὲν ὁ χειμὼν ἔπομβρος καὶ νότιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ χειμέριον, αἱ μὲν γυναῖκες, ᾗσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἔαρ, ἐκ πάσης προφάσεως ἐκτιτρώσκουσι καὶ ἐν ταῖς ἐπιδημίαις ὧδε· γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια καὶ μετὰ αὐχμῶν. καὶ πάλιν, γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ βορείου, ἄλλην δὲ πάνυ ἀνώμαλον κατάστασιν ἐπὶ τούτοις γράφει ἐν ἀρχῇ μὲν ψυχρὰν καὶ ὑγρὰν, ἐφεξῆς δὲ νότιον ἅμα ἀμετρίαις ὑγρότησιν, ἀπὸ τῆς ἰσημερίας τῆς φθινοπωρινῆς ἄχρι δύσεως τῶν πλειάδων. εἶτ᾽[1] ἐφεξῆς ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἅμα πνεύμασι βορείοις μεγίστοις, ὅλῳ σχεδὸν τῷ χειμῶνι, ἔπειτα

1. l. III. epid. III.

Quomodo anni tempora varientur, ipſe in libro de aëre, aquis et locis aperte demonſtravit, itemque in libris de morbis vulgaribus nec minus etiam in aphoriſmis, veluti quum ait: *quum hiems ſqualida* [564] *aquilonarisque fiat, ver pluvium et auſtrinum, tum aeſtate acutae febres, lippitudines et difficultates inteſtinorum erunt.* Et quum ait: *ſi hiems pluvia et auſtrina ſit, ver ſqualidum et hibernum, mulieres quibus ſub ver partus inſtat ex quavis occaſione abortum faciunt.* Et in libro de vulgaribus morbis hoc modo: *quum totus ille ductus ad auſtrinum ſtatum vergeret et cum ſqualoribus junctus eſſet;* et quum ſubdit: *quum autem totus annus frigidus, humidus aquilonarisque fuiſſet.* Poſt has omnes conſtitutiones aliam valde inaequalem ſubjunxit quae in principio frigida humidaque fuit; deinde auſtrina cum humiditatibus immoderatis juncta ab autumnali aequinoctio uſque ad vergiliarum occaſum; deinceps vero frigida et ſicca, in qua venti aquilones maximi per totam fere hiemem ſpi-

Ed. Chart. VIII. [564.]
δὲ ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἄχρι κυνὸς ἐπιτολήν. ἐντεῦθεν δὲ καύματα μεγάλα μέχρις ἀρκτούρου, καθ᾽ ὃν ὕδατα νότια μέχρι τῆς ἰσημερίας. φησὶ δὲ ἐπικεκρατηκέναι ἐν αὐτῇ τὸ ψυχρὸν καὶ ξηρόν· ἄλλας δὲ πολλὰς ἀνωμάλους καταστάσεις, εἰρημένας ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις ἔστιν εὑρεῖν, περὶ ὧν οὐ χρὴ ἐν τῷ νῦν λέγειν, ἀλλὰ αὐτὸς καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς εἶπε, τὰς[1] μεταβολὰς τῶν ὡρῶν μάλιστα τὰς νόσους τίκτειν· καὶ προστίθησι μεγάλας μεταβολὰς ἢ ψύξεως ἢ θάλψεως καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον τοῦτο ποιεῖν. προσέτι δὲ γράφει καὶ τάδε, ἅπερ καὶ ἄνωθεν εἴρηται. ἐν[2] τῇσιν ὥρῃσιν ὅτε τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος ποιέῃ, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή. κατὰ δὲ τὸ παρὸν φησὶ κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρῶν ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια γενέσθαι νοσήματα, ἐχρῆν γὰρ ὅμοια ὡς πρὸς τὴν ὥραν, ἀνώμαλα δὲ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τε καὶ ἀναλλαγήν. αὐτὸς δὲ τὸ παράδειγμα τῆς ἐξαλλαγῆς ἔθηκε τὸν ἴκτερον φθινοπωρινόν. δῆλον γάρ ἐστιν ἴκτερον ἐκ τῶν

1. l. III. aph. I. 2. ibid. aph. IV.

rarunt; tum frigida et ficca usque ad caniculae exortum; inde magni aeftus ufque ad arcturum viguerunt, circa quem pluviae auftrinae ufque ad aequinoctium fuerunt, atque in ea frigidum et ficcum fuperaffe ceteras qualitates confcripfit. Licet etiam alias plerasque conftitutiones in libris de vulgaribus morbis quae inaequales fuerint confcriptas intueri, de quibus loqui non eft hujus loci ac temporis, imo vero etiam in aphorifmis fcriptum reliquit, *temporum mutationes maxime morbos gignere;* addiditque magnas mutationes aut frigoris aut caloris et alias ad harum proportionem idem efficere. Praeterea vero fubdit haec de quibus eft item fupra dictum: *in anni temporibus, quum eadem die modo frigus modo calor viget, autumnales exfpectare morbos oportet;* in praefenti vero ait: *morbos fimiles aut diffimiles ex temporum mutationibus oriri;* deberent enim fimiles gigni, quatenus temporum poftulat ratio; diffimiles vero qualis eft mutatio atque varietas. Ipfe vero exempli caufa, ut varietatem cognofce-

Ed. Chart. VIII. [564.]
θερινῶν εἶναι νοσημάτων. εἰ οὖν τοιοῦτο τὸ φθινόπωρον εἴη ὡς ἀναλογώτερον τῷ θέρει ἔσται ἐν αὐτῷ τὰ θερινὰ νοσήματα, ἔκγονος γάρ ἐστι τῆς χολῆς τῆς ὠχρᾶς, ἣν ἐν τῷ θέρει ἀκμάζειν ἴσμεν. γίνεται μὲν γάρ ποτε τῆς χολῆς ταύτης ἀνάχυσις εἰς ὅλον τὸ σῶμα λόγῳ κρίσεως, ὡς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς αὐτός φησιν, ἴκτερος πρὸ ἑβδόμης κακόν· αἴτιον δὲ τοῦ κακοῦ, ὅτι ἡ τοιαύτη σημαίνει κωλύεσθαι τὴν χολὴν ἐκκαθαίρεσθαι τοῦ ἥπατος καὶ κενοῦσθαι διὰ τῆς γαστρὸς, ἐμφραττομένου δηλονότι ἢ φλεγμαίνοντος αὐτοῦ. γίνεται[1] δὲ καὶ τουτὶ τὸ σύμπτωμα κακοπραγοῦντος τοῦ σπλάγχνου, ἤτοι διὰ σκίῤῥον ἢ φλεγμονὴν ἢ καὶ ἔμφραξιν, ὧν τὰ δύο τελευταῖα δύναται γενέσθαι ἐξαίφνης. ἔστιν[2] ὅτε καὶ ἄλλη διάθεσις, πλὴν ἡ τοῦ ἥπατος τὸ πάθος ἐργάζεται. ὁρᾶται γὰρ καὶ χωρὶς κρίσεως καὶ μηδὲν ὅλως πεπονθότος τοῦ ἥπατος, ἐκχολούμενον ἐνίοτε τὸ αἷμα κατά τινα διαφθορὰν ἀλλόκοτον, ὁποίαν καὶ αἱ τῶν θηρίων δή-

1. l. I. aph. LXI. 2. de loc. affect. VII.

remus, autumnalem morbum regium propofuit: planum enim eft morbum regium de numero eorum effe qui aeftate folent hominem invadere; itaque fi autumnus talis fit, ut aeftati proportione refpondeat, in eo morbi aeftivi vigebunt: gignet enim pallidam bilem, quam aeftate vigere perfpectum habemus; ea enim bilis quandoque in totum corpus diffunditur, idque ratione judicationis, prout ipfe in aphorifmis memoravit: *regius morbus ante diem feptimum in malis habendus eft;* caufa mali eft, quia hic abfceffus nobis indicat prohiberi, ne jecur bile expurgetur, eamque per ventrem excerni, jecore nimirum obftructo aut inflammatione obfeffo; hoc etiam fymptoma fit vifcere ipfo male affecto aut quia fcirrhum aut quia inflammationem aut quia obftructionem patiatur, quorum duo poftrema fieri derepente poffunt. Quandoque vero alia quam jecoris affectio eundem affectum pariet, propterea quod etiam citra judicationem atque ullam prorfus jecoris affectionem fanguinem bile in affectum ex qua-

Ed. Chart. VIII. [564.]

ξεις ποιοῦσιν, ἃς[1] ἡμεῖς τῇ πόσει τῆς θηριακῆς ἀντιδότου θεραπεύειν εἰώθαμεν, ὡς καὶ τὰς ἄλλας τῷ χολαγωγῷ φαρμάκῳ καθῆραι.

ς'.

Καὶ ἢν τὸ θερινὸν χολῶδες γένηται καὶ αὐξηθὲν ἐγκαταλειφθῇ καὶ ὑπόσπληνοι.

Εἰ[2] τῷ θέρει αὔξεται ἡ χολὴ διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἐκθερμαίνεσθαι τὸ σῶμα κατὰ τὴν ὥραν τὴν θερινὴν, τοῦτο γὰρ ἔγραψεν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. τοῦ δὲ θέρους, φησὶ, τό τε αἷμα ἰσχύει ἔτι καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι καὶ παρατείνει εἰς τὸ φθινόπωρον. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται, ἐναντίον γὰρ αὐτέῳ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν. ἡ δὲ χολὴ τὴν θερίην κατέχει τὸ σῶμα καὶ τὸ φθινόπωρον. ἐὰν μὲν οὖν ἡ

1. Cont. Jul. VIII. 2. de nat. hum. XXXIV.

dam abſurda corruptela perſpicimus, qualem morſus ferarum afferre ſolent, quam nos curare eo antidoto, quam theriacam vocamus, ſicut alias medicamento quod bilem ducat purgare conſuevimus.

VII.

Et ſi aeſtas biliosa fiat bilisque aucta intus relicta ſit, etiam aliquantulum lienoſi fiunt.

Bilis aeſtate augetur, propterea quod corpus praeter naturam aeſtivo tempore excalefit, id quod ipſe in libro de natura humana conſcripſit his fere verbis: *aeſtate,* inquit, *ſanguis adhuc robur obtinet et bilis ſeſe extollit in corpore et uſque ad autumnum manet; ſanguis vero exiguus redditur, quod ei ſit autumnus natura contrarius; bilis autem et aeſtivo tempore occupat corpus et autumno.* Si igitur bilis per aeſtatem aucta intus in autumno ſit

Ed. Chart. VIII. [564.]
χολὴ αὐξηθεῖσα κατὰ τὸ θέρος ἐγκαταλειφθῇ, ἐν τῷ φθινοπώρῳ τότε τὰ νοσήματα ἐκ τῆς χολῆς γενήσεται. καὶ οὐδὲν κωλύσει τὴν γένεσιν αὐτῶν ἡ ὥρα τοῦ ἔτους. ἐπειδὴ γὰρ μεταβέβληται ἡ κατάστασις, οὐ θαυμαστὸν καὶ τὰ τῶν ἄλλων ὡρῶν νοσήματα ἐν ἐκείνῃ γενέσθαι.

η'.

Ὅταν οὖν καὶ ὁ ἀὴρ οὕτως ἀγάγῃ, καὶ ἦρος γίνονται ἴκτεροι. ἐγγυτάτω γὰρ αὕτη ἡ κίνησις τῇ ὥρῃ κατὰ τοῦτο τὸ εἶδός ἐστιν.

Ὥσπερ ἐν τῷ φθινοπώρῳ γίνεται θερινὰ πάθη, ὅταν ἡ φθινοπωρινὴ ὥρα ἐοικυῖα εἴη τῇ θερινῇ, οὕτω καὶ εἰ τοῦ ἔαρος ἀγωγὴ ὁμοία ᾖ τῇ τοῦ θέρους, συμβήσεται τὸ αὐτό. ὁ γοῦν ἴκτερος ἐκ τῆς χολῆς ἢ ὠχρᾶς ἢ ξανθῆς γινόμενος, ἥπερ κατὰ τὸ θέρος πλεονάζει, γενήσεται καὶ ἐν τῷ ἔαρι, εἴπερ αὕτη ἡ ὥρα τὴν τοῦ θέρους φύσιν φυλάττῃ. τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὸ αἷμα αὔξεται· καὶ εἰ τὸ σῶμα παρὰ

relicta, tunc morbi a bile exorti homines corripient et eorum ortum anni tempus nihil prohibebit, quum enim ſit mutata conſtitutio, haud mirum eſt, ſi aliorum temporum morbi in illa moriantur.

VIII.

Quum igitur et ver ita proceſſerit, tum vere etiam morbi regii naſcentur: hic enim motus eſt ſecundum hanc ſpeciem tempori anni proximus.

Quemadmodum autumno aeſtivi morbi oriuntur, quum autumnale tempus ſit aeſtivo perſimile, ita ſi veris progreſſus ſit ſtatui aeſtivo ſimilis, idem uſu veniet. Ergo morbus regius ex bile aut flava aut pallida quae aeſtate redundat exortus, etiam vere proveniet, ſi modo illud tempus naturam aeſtatis ſervarit: etenim vere ſanguis augetur, ac ſi corpus praeter naturam excalefiat, bilem

φύσιν θερμαίνοιτο, τὴν χολὴν ἀθροίζει, ἐξ ἧς τὰ θερινὰ νοσήματα συνίσταται, φησὶ γὰρ εἶναι τὴν κίνησιν ταύτην ἐγγυτάτω τῇ ὥρῃ τῇ θερινῇ δηλονότι. ἔστι γὰρ ἐν τῷ ἀμφοῖν μεταξὺ τοῦ τε ἦρος καὶ τοῦ φθινοπώρου τὸ θέρος καὶ τοῦ ἦρος λήγοντος ἡ ἀρχὴ τοῦ θέρους.

θ'.

Ὅταν δὲ θέρος γίνηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καὶ εὔτροποι καὶ οὐ κατόξεις, οὐδὲ κατάξηροι γλώσσῃσιν.

Εἴρηται ἤδη ὅτι αἱ κράσεις τῶν ὡρῶν καὶ οὐ προσηγορίαι αὐτῶν αἰτίαι εἰσὶ τῶν νοσημάτων. ὅταν οὖν αἱ ὧραι τὴν ἰδίαν φύσιν φυλάττωσιν, τότε κατὰ τὰς ὥρας καὶ εὐσταθέες, ὡς αὐτὸς ἐν ἀφορισμοῖς[1] ἔλεγε, καὶ προσηκόντως αἱ νόσοι γίνονται. ὅταν δὲ αὗται μεταπέσωσι καὶ τὰ νοσήματα ἐξ ἀνάγκης συμμεταπίπτει, ἐπειδὴ τῇ τῆς ὥρας

1. l. III. aph. VIII.

coacervabit, ex qua morbi aestivi proficiscuntur, hunc enim motum esse tempori anni, hoc est aestivo, omnium dicit; nam aestas est inter ver et autumnum media interjecta et quum ver desinit, aestas incipit.

IX.

At quum aestas sit veri similis, sudores in febribus et febres facile et non peracutae, neque peraridae linguis fient.

Est jam supra dictum, non appellationem, sed temperaturam anni temporum in causa esse, cur morbi oriantur. Quum igitur tempora propriam naturam servabunt, tum morbi convenienter temporibus ipsis stati ac certi, [565] et ut convenit, fient; quum vero tempora de suo statu deflectunt, etiam morbi necessario de suo cursu declinant, propterea quod statum temporis consequuntur.

Ed. Chart. VIII. [565.]
καταστάσει ἕπεται. ὥσπερ οὖν εἶπεν, ὅταν τὸ ἔαρ ἐστὶ τῷ θέρει ὅμοιον, προσδεκτέον εἶναι τὰ θερινὰ νοσήματα, οὕτω καὶ αὖ. εἰ[1] τὸ θέρος γένοιτο ὅμοιον τῷ ἦρι, προσδέχεσθαι χρὴ πολλοὺς ἱδρῶτας ἐν τοῖς πυρετοῖς. τὸ γὰρ ἔαρ θερμὸν καὶ ὑγρόν ἐστιν, οὐ κρατεῖ δὲ οὐδέτερον ἐν αὐτῷ κατὰ ἀντίθεσίν τινα, οὔτε τοῦ ξηροῦ τὸ ὑγρὸν οὔτε τοῦ θερμοῦ τὸ ψυχρόν· καὶ ἕτερον μὲν τούτων, τουτέστι τὸ θερμὸν, ἐν τῷ θέρει ἐστὶ, τὸ δὲ ἕτερον ἐν τῷ χειμῶνι, λέγω δὴ τὸ ὑγρόν· ἱδρῶτες δὲ πολλοὶ οὐ δύνανται γίνεσθαι, εἰ μὴ θερμὸν ᾖ τὸ παρέχον, ὅπερ κοινὸν τῷ τε ἦρι καὶ τῷ θέρει εἶναι δοκεῖ, διαφερόντως δὲ καὶ εἰ μὴ ὑγρότης τις ἐν τῷ σώματι περιττεύῃ, ὅπερ ἀλλότριόν ἐστι τῆς τοῦ θέρους φύσεως, κοινὸν δὲ καὶ τῷ ἦρι καὶ τῷ χειμῶνι· ὥστε κατὰ τὸν λόγον ἐν τῇ ὁμοίᾳ τῷ ἦρι θερινῇ καταστάσει πολλοὶ ἱδρῶτες γίνονται. τὸ γὰρ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν προϊὸν θέρος, ὃ ἱκανῶς αὐχμηρὸν εἴωθεν εἶναι, διαφορεῖ τὰς ὑγρότητας περιττὰς, τὰς ἐν τῷ χειμῶνί τε καὶ ἦρι συναθροι-

1. l. III. aph. VI.

Itaque ſicut dixit, quum ver ſit aeſtati ſimile, tunc morbos aeſtivos exſpectandos eſſe; ſic modo, ſi aeſtas fiat veri ſimilis, multos ſudores in febribus fore: ver enim calidum humidumque eſt, neque quidquam in eo per ullam partem repugnantiae dominatur, ut neque ſicco humidum praeſtet, neque calido frigidum; horum autem alterum, hoc eſt calidum in aeſtate eſt, alterum hoc eſt humidum hiemi etiam tribuitur. Copioſi vere eſſe ſudores non poſſunt, niſi aër nos ambiens calidus ſit, id quod et veri et aeſtati eſſe commune apparet; ſed tamen varia ratione; ac niſi humiditas quaedam in corpore redundet, quod eſt ab aeſtatis natura alienum, eſtque et veri et hiemi commune, ex quo fit ut in ſtatu aeſtivo, qui ſit verno ſimilis, copioſi ſudores merito dimanent: aeſtas enim quae ſecundum ſuam naturam procedat; quae quidem ſatis ſqualida eſſe conſuevit, ſupervacaneas humiditates per halitum digerit, quae nimirum hieme vereque

Ed. Chart. VIII. [565.]

ζομένας, τὸ δὲ ἦρι ὅμοιον διὰ μὲν τὴν θερμασίαν ἕλκει πρὸς τὰ ἔξωθεν, διὰ δὲ τὴν πολλὴν ὑγρότητα, τὴν ἐπὶ πλέον ἐγκαταλειφθεῖσαν, οὐ δύναται τὸ ἑλκυσμένον ἀτμοειδῶς διαφορεῖν, ὅθεν ἕπεσθαι δοκεῖ ὅτι τὸ ὑγρὸν ἅπαν ἐκκρινόμενον περὶ τὸ θέρος ἐν ταῖς τῶν νόσων κρίσεσι πολλοὺς ἱδρῶτας ποιεῖ, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι κατοξεῖς αἱ νόσοι, αἳ ἄλλως ὀξεῖς εἶναι ἀναγκάζονται, οὔτε τὴν γλῶτταν ξηρὰν ἐργάζονται, οὐ γάρ ἐστι σφοδρὰ θερμασία τις ἀνάλογον τῷ θέρει, ἐπεὶ αὐτὸ οὐ τὴν ἰδίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἦρος φύσιν φυλάττει. οὐκ οὖν κατακαίει οὔτε καταξηραίνει τὴν ὕλην, ὥσπερ τὸ θερινὸν θάλπος· ὅπερ καὶ ἄνευ πυρετοῦ τὴν γλῶτταν ξηραίνει.

ι'.

Ὅταν δὲ χειμέριον γένηται ἦρ καὶ ὀπισθοχειμὼν, χειμεριναὶ καὶ αἱ νοῦσοι καὶ βηχώδεες καὶ περιπνευμονικαὶ καὶ κυναγχικαί.

ſint coacervatae; quae vero ſit veri ſimilis, ea propter calorem ad extimas partes trahit; verum propter magnam vim humiditatis quae intus in corpore eſt copioſius relicta, id quod traxit, diſcutere atque diſſolvere in vaporis ſpeciem non poteſt; ex quo ſequi videtur ut humiditas, dum tota per aeſtatem in judicationibus excernitur, multos ſudores efficiat, eadem cauſa facit, ut morbi neque peracuti ſint, quos alioqui eſſe acutos neceſſe eſſet, neque aridam linguam reddant: ſi quidem non eſt vehemens quidam calor, qualis in aeſtate eſſe ſolet, quando haec ipſa non ſuam, ſed veris naturam ſervat; proinde fit ut neque adurat materiam, neque exſiccet, prout aeſtivus calor facit, qui etiam citra febrem linguam exſiccat.

X.

Quum vero hibernum ver fiat et poſtremum hiemis tempus hiberni autem morbi et tuſſes et peripneumoniae et anginae exiſtunt.

Ed. Chart. VIII. [565.]

Εἰκότως εἶπε τὰς χειμερινὰς νόσους κατὰ τὸ ἔαρ ἔσεσθαι, εἰ αὐτὸ χειμερινὸν εἴη. τὸν γὰρ αὐτὸν λόγον ἔχεις καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὡρῶν. ὡς ὁποία ἦν ἡ μεταβολὴ, τοιαῦτα καὶ νοσήματα γένοιτο. τοῦ δὲ χειμῶνος γίνεσθαι εἴωθε τάδε, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες καὶ ἄλλα πολλά. εἰ[1] *μὲν οὖν χειμέριον γένηται τὸ ἦρ, δεόντως αἱ χειμεριναὶ νόσοι γενήσονται. τοῦ χειμῶνος γὰρ περιπνευμονίαι τε καὶ πλευρίτιδες συνίστανται διὰ τὸ κρύος βλαπτομένων τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων· καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν αἱ βῆχες καὶ οἱ πόνοι τῶν πλευρῶν καὶ κόρυζαι καὶ βράγχοι γίνονται. ἐκεῖ γὰρ ἡ ψύξις τὰ ἀναπνευστικὰ ὄργανα βλάπτει, ἐνταῦθα δὲ τὴν κεφαλήν. λέγει δὲ καὶ κυνάγχας τότε γίνεσθαι. εἰ καὶ φθινοπωρινὸν νόσημα ᾖ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἦρος εἶναι δοκεῖ, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς καταριθμίζει. τοῦ μὲν ἦρος, φησὶ, τὰ μελαγχολικὰ καὶ τὰ μανικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ καὶ αἵματος ῥύσιες καὶ κυνάγχαι καὶ κόρυζαι καὶ τὰ λοιπά. ὡς κυνάγχας μὲν*

[1] l. III. aph. XXIII.

Merito dixit hibernos morbos fore verno tempore, si ver hibernum fuerit; eadem enim tibi suppetet aliorum temporum ratio, ut qualis sit mutatio, tales etiam morbi excitentur, atque hieme quidem hi solent oriri, pleuritides, peripneumoniae, gravedines, raucitates, tusses et alia item permulta genera; quocirca si ver fuerit hibernum, convenienter quoque ei tempestati morbi hiberni existent: etenim hieme fiunt peripneumoniae et pleuritides, quod instrumenta respirationis propter vim frigoris laeduntur; ob eandem causam febres, dolores costarum, gravedines raucitatesque fiunt; nam ut illic instrumenta respirationis, ita hic caput frigus laedit. Ait vero illo item tempore anginas fieri, licet angina morbus autumnalis sit, quamquam esse etiam vernus videtur, ut ipse in aphorismis adnumeravit. *Vere*, inquit, *insaniae, melancholiae, morbi comitiales, sanguinis profluvia, anginae, gravedines etc.* Angina vero fit autumno ex humoribus biliosis in fauces

κατὰ τὸ φθινόπωρον γίνεσθαι[1] ἐκ τῶν χολωδῶν χυμῶν κατασκηπτόντων εἰς τὴν φάρυγγα. κατὰ δὲ τὸ ἔαρ ἐπὶ τοῖς φλεγματωδεστέροις πως χυμοῖς συνίστασθαι, τοῦ[2] πλήθους τῶν περιττωμάτων ἀνελθόντος εἰς φάρυγγα ἢ τῶν ἐκ κεφαλῆς ῥευμάτων ἐν φάρυγγι στηριχθέντων.

ια'.

Καὶ φθινόπωρον ἢν μὴ ἐν ὥρῃ καὶ ἐξαίφνης χειμάσῃ, μὴ συνεχῶς τοιαύτας νόσους ποιέει διὰ τὸ μὴ ἐν ὥρῃ ἦρχθαι, ἀλλὰ ἀνώμαλα γίνεσθαι. διόπερ καὶ αἱ ὧραι ἄκριτοί τε καὶ ἀκατάστατοι γίνονται, ὥσπερ καὶ αἱ νοῦσοι, ἐὰν προεκρηγνύωνται ἢ προεκκρίνωνται ἢ ἐγκαταλείπωνται· φιλυπόστροφοι γὰρ καὶ αἱ ὧραι γίνονται, ὥσπερ αἱ οὕτω νοσοποιέουσαι.[3]

Ἀρχὴν λαμβάνει τὸ φθινόπωρον ἀπὸ τῆς τοῦ ἀρκτούρου ἐπιτολῆς, ἣ γίνεται πρὸ τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας,

1. l. III. aph. XXII. 2. ibid. aph. XVI. 3. in marg. vel νοσοποιεούσῃ.

decumbentibus; vere autem ex humoribus pituitofioribus conftat, quod excrementorum magna vis fit ad fauces comportata vel quod deftillationes a capite in faucibus impactae firmataeque fint.

XI.

Autumnus quoque fi non in tempore ac derepente hibernarit, non affidue tales morbos facit, propterea quod non in tempore incipiat, fed inaequaliter fiat; ideo etiam tempora judicatione vacantia et inconftantia fiunt, quemadmodum morbi quoque, fi praerumpant aut prius excernantur aut intus relinquantur; recidivas quoque tempora faciunt, ficut et morbos ita pariunt.

Autumnus ab arcturi exortu fumit initium; oritur autem arcturus ante autumnale aequinoctium, ficut etiam

Ed. Chart. VIII. [565.]
ὥσπερ καὶ ἡ ἀρχὴ μὲν τοῦ ἦρος εἶναι δοκεῖ ἡ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἰσημερία. τελευτὴ δὲ ἡ τῶν πλειάδων ἐπιτολὴ, ἴσμεν δὲ καὶ ταύτην εἶναι τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους, ὡς καὶ τοῦ θέρους τελευτὴν καὶ ἀρχὴν τοῦ φθινοπώρου ἐπιτολὴν τοῦ ἀρκτούρου, προλαμβάνουσαν τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν ἡμέραις ὡς δώδεκα. ἤδη δὲ καὶ ἡ τῶν πλειάδων δύσις ἐστὶν ἄχρι τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ φθινοπώρου τελευτή. ἐὰν οὖν τὸ φθινόπωρον μὴ ἐν ὥρῃ, τουτέστιν οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης χειμάσῃ, ἤγουν πρὸς τὸν χειμῶνα τρέπηται καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος κατάστασιν λάβῃ, τότε αἱ φθινοπωριναὶ νόσοι οὐ συνεχῶς ποιεῖται· αἴτιον ὅτι μὴ ἐν ὥρῃ ἤρχθαι, μήτε κατὰ καιρὸν, οὕτω γὰρ αὐτὸς γράφει ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. ἐν Θάσῳ πρωῒ τοῦ φθινοπώρου χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισί γε πολλοῖσιν, ὑγροὶ καὶ προεκρηγνύμενοι. διὰ μὲν οὖν τὴν κακοχυμίαν τῆς ὥρας καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀνώμαλον κρᾶσιν καὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ καὶ πλάνητες καὶ

veris principium cenſetur aequinoctium, quod eo tempore accidit: finis eſt ortus vergiliarum; hunc vero ortum eſſe aeſtatis initium, ſicut eſſe finem aeſtatis et principium autumni ortum arcturi, qui autumnale aequinoctium diebus fere duodecim anticipat, perſpectum habemus; quin etiam occaſus vergiliarum eſt hiemis initium et autumni finis. Si igitur autumnus non in tempore, ſed derepente hibernabit, hoc eſt ad hiemis naturam verget hiemisque conſtitutionem nanciſcetur, tunc morbi autumnales non aſſidue excitabuntur; cauſa eſt, quia in ſuo tempore non incepit, neque item opportune. Ipſe enim in primo de vulgaribus morbis ita ſcriptum reliquit: *in Thaſo ante autumnum frigora non in tempore, ſed repente aquilone auſtroque multum ſpirantibus, humida et quae prius proruperunt:* nam propter humorum malitiam quae eo tempore eſt et propter inaequalem aëris temperaturam, quartanae erraticaeque febres, lienes, aquae inter cutem,

Ed. Chart. VIII. [565. 566.]

σπλῆνες καὶ ὕδρωπες καὶ φθίσεις καὶ[1] στραγγουρίαι καὶ λειεντερίαι καὶ δυσεντερίαι καὶ ἰσχιάδες καὶ κυνάγχαι καὶ ἄσθματα καὶ εἰλεοὶ καὶ ἐπιληψίαι καὶ τὰ μανικὰ, ἔτι δὲ καὶ καρδιαλγία καὶ φρίκη καὶ ὅλως τὰ μελαγχολικά· ἅπαντα γὰρ ἕπεται ταῖς προειρημέναις αἰτίαις καὶ σχεδὸν γίνεται ἐκ τῆς μελαίνης χολῆς, γινομένης δηλονότι ἢ ἐκ τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης ἢ ἐκ τοῦ παχέος αἵματος. ἐπεὶ καὶ αὕτη ἐστὶν ὡς ἡ τοῦ αἵματος ἰλὺς, πλάνητες μὲν διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κράσεως γίνονται, ὡς καὶ σπλῆνες μεγάλοι διὰ τὴν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ περιουσίαν[2], ἡ στραγγουρία δὲ διὰ τὴν ξηρότητα καὶ ψύξιν. καὶ γὰρ ψύχεται ἡ κύστις ἐν ταῖς μεταβολαῖς, αἳ ἀτάκτως τε καὶ ἐξαίφνης γίνονται, ὡς καὶ ἰσχιάδας διὰ τὴν κακοήθειαν τοῦ χυμοῦ καὶ τὴν ψύξιν γίγνεσθαι μάλιστα γνώριμόν ἐστιν. ὅτι[3] δὲ αἱ ὧραι ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοί εἰσι, διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἄσθματα διὰ τὴν ἔσω κίνησιν τῶν χυμῶν

1. l. III. aph. XXVII. 2. *Corr.* περιουσίαν pro παρρουσίαν. 3. l. III. aph. XXII.

tabes, urinae ſtillicidia, levitates inteſtinorum et eorundem difficultates et coxendicum morbi et anginae et ſuſpiria et tenuioris inteſtini morbus et comitialis et inſania; itemque dolor cordis, horror et uno verbo melancholici morbi oriuntur; qui ſane omnes ex praedicta cauſa proveniunt atque ortum fere ex atra bile ducunt, quae nimirum aut ex flava nimium aſſata aut ex ſanguine craſſo facta ſit; quando ipſe quoque ſit velut fex ſanguinis quaedam; erraticae vero febres propter inaequalem temperaturam oriuntur, ut lienes magni ex melancholici humoris redundantia redduntur. Urinae ſtillicidium gignit ſiccitas et refrigeratio, ſiquidem veſica in mutationibus iis quae ſine ordine et repente fiunt refrigeratur. [566] Coxendicum porro dolores tum a malitia humorum tum a refrigeratione potiſſimum excitari perſpicuum eſt; quia autem tempora vacant judicatione ſuumque ſtatum non ſervant, ideo aſthmata tum propter motum ad interiora tum pro-

Ed. Chart. VIII. [566.]
καὶ τὴν ψύξιν γίνονται, ὡς εἰκὸς[1] ἐν τῇ ψύξει καὶ ἀνωμαλίᾳ καὶ κακίᾳ τοῦ καιροῦ[2] κακοῦσθαι τὰ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ἔντερα, ὡς καὶ λειεντερίας καὶ εἰλέους καὶ δυσεντερίας γενέσθαι. ἐπειδὴ δὲ θάλπος ἐν τοῖς μέσοις τῆς ἡμέρας, ψῦχος δὲ ἐν τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς τελευταίοις αἰσθανόμεθα, οὐδὲν θαυμαστὸν τὰς ἐπιληψίας εἰσβάλλειν τότε, μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῖς ἐπιτηδείως πρὸς τὸ πάθος ἔχουσι, μανικὰ δὲ πάθη συνίστανται ἐπὶ τῇ κακοηθείᾳ τῇ ἐν τοῖς λεπτοῖς χολώδεσι χυμοῖς, τὰ μελαγχολικὰ δὲ διὰ τὴν μέλαιναν χολὴν, ἧς ἡ[3] φορὰ κατὰ τὸ φθινόπωρον ἀθροίζεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῆς ὥρας κακίαν καὶ τὴν ἀνωμαλίαν κράσεως τοῦ περιέχοντος οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ καρδιαλγία καὶ τὸ φρικῶδες καὶ τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν φθινοπωρινὴν ὥραν ἐπικρατεῖ. εἴρηται δὲ ἡμῖν ἐπὶ πλέον ἐν τῇ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιῶν ἐξηγήσει περὶ τῶν ἁπάντων τῶν νοσημάτων τε καὶ τῶν συμπτωμάτων τῶν κατὰ τὸ φθινόπωρον συμβαινόντων. εἴρηται δὲ καί τινα κατὰ

1. *Corr.* εἰκὸς pro ἐοικώς. 2. *Corr.* κακοῦσθαι pro κακοὺς δέ. 3. *Corr.* ἧς ἡ pro εἰσί.

pter refrigerationem fiunt; ficut etiam probabile eft in refrigeratione, inaequalitate, malitiaque temporis vitiari ventrem atque inteftina; lienteriae, dyfenteriae et tenuiores inteftini morbi oriantur. Quoniam autem calorem meridie et frigus mane et vefperi perfentifcimus, haud mirabile eft, fi comitiales morbi interdum in hominem irruant; praefertim vero fi cui ita fit natura comparatum, ut in hujusmodi morbum cadat. Infaniae autem morbi ab ea malitia quae in tenuibus humoribus biliofis ineft, nafci folent; melancholici vero ab atra bile, cujus proventus autumno colligitur. Jam vero nihil eft, cur mireris, fi propter temporis malitiam et temperaturae aëris nos ambientis inaequalitatem cordis dolores, horrores et hujusmodi alia per autumnum dominentur. Copiofius autem de morbis omnibus et fymptomatis quae accidere autumno folent, differetur in ea explicatione quae in fe-

Ed. Chart. VIII. [566.]

τοὺς ἀφορισμοὺς αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει, ὅπου[1] καὶ τοῦτο δέδεικται, ὅτι τὸ φθινόπωρον ἁπάσαις ἡλικίαις κακὸν καὶ φύσεσι καὶ χώραις. ἧττον μὲν δὴ ἐν αὐταῖς τῶν ἄλλων τὰς ὑγρὰς καὶ θερμὰς κατὰ τὸν ἐκεῖνον[2] καιρὸν βλάπτεσθαι· διόπερ, φησὶ, καὶ ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι αἱ νόσοι γίνονται. ἐπειδὴ γὰρ οὐ γίνονται κατὰ καιρὸν, ἀλλὰ ἐν ταῖς ἐξαιφνιδίοις μεταβολαῖς, διὰ τοῦτο οὐ δύνανται λύεσθαι κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν, οὔτε εὐσταθέως τε καὶ ὡραίως, ὡς αὐτὸς λέγειν εἴωθεν· εἰς[3] μὲν γὰρ καθεστῶτας καλεῖσθαι καιροὺς, τὰς ὥρας τὰς ἐν τάξει τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ἀπειληφυίας, οὕτω δὲ καὶ τὰ ἔτη καλεῖ αὐτὸς καθεστῶτα ἐν τῷ περὶ ὑδάτων ἀέρων[4] καὶ τόπων τὰ κατὰ λόγον γινόμενα. καὶ ἐὰν ἐν τῷ μετοπώρῳ τὰ ὕδατα γένηται καὶ ὁ χειμὼν μέτριος, μήτε λίαν εὔδιος μήτε ὑπερβάλλων τὸν καιρὸν τὸ ψύχειν, ἐν δὲ τῷ ἦρι γένηται ὕδατα ὡραῖα καὶ ἐν τῷ θέρει· καὶ τουτὶ τὸ ἔτος ὑγιεινότατον

1. l. III. aph. XVIII. 2. Corr. τὸν ἐκεῖνον pro τῶν ἐκείνων. 3. l. III. aph. VIII. 4. de aëre, aquis etc.

cundum de vulgaribus morbis edetur; ipſe vero nonnulla etiam in aphoriſmis memoravit, quo in loco hoc quoque oſtenſum eſt, autumnum eſſe omnibus aetatibus, naturis regionibusque malum; inter ipſas tamen minus quam alias eo tempore humidas et calidas laedi; quamobrem morbi, inquit, judicatione vacantes inconſtantesque fiunt; nam quia opportuno tempore non fiunt, ſed in repentinis mutationibus, ideo fit ut neque in tempore accommodato ſolvi explicarique poſſint; ſed neque ſtatis temporibus, neque tempeſtive, ut ipſe loqui ſolitus eſt. Stata autem tempora ab ipſo vocari ſcimus ea quae propriam temperaturam ordine ſortiuntur atque ita etiam ipſe annos ſtatos ac certos vocat in libro de aëre, aquis et locis eos qui convenientes rationi procedant; ac ſi autumno fiant pluviae hiemsque moderata nec valde ſerena nec frigore excedens et vere atque aeſtate imbres tempeſtivi fiant, ſic, inquam, hunc annum fore ſaluberrimum veriſimile ait

Ed. Chart. VIII. [566.]
ἔσεσθαι, εἰκὸς εἶναί φησιν· ὅταν δὲ μὴ αἱ ὧραι φυλάττωσι τὴν τοῦ καθεστῶτος ἐνιαυτοῦ ἀγωγὴν, τότε ἀκαθίστατοι ὑφ' Ἱπποκράτους ὀνομάζονται, καὶ τὰς νόσους ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ γινομένας ὁμοίως ἀκαταστάτους προσαγορεύει καὶ ἄνωθεν δυσκρίτους. νῦν δὲ ἀκρίτους κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν προσαγορεύει, τουτέστι μὴ καλῶς κρινομένας, ἀλλὰ κακοκρίτους, ὅπερ ἐστὶν ἢ μετὰ μοχθηρῶν συμπτωμάτων ἢ καὶ ὑποστροφοῦντας. τοιαύτης δὲ τῆς ἀκρισίας καὶ ὑποστροφῆς αἴτιόν ἐστιν ὅτι προεκρήγνυται ἢ προεκκρίνονται ἢ καὶ ἐγκαταλείπονται. καὶ τὸ μὲν προεκρήγνυσθαι[1] καὶ προεκκρίνεσθαι ποιεῖ τὴν ἀκρισίαν, τὸ δὲ ἐγκαταλείπεσθαι τὰς ὑποστροφάς. αὐτὸς γὰρ ἐν τοῖς ἐπιδημιῶν βιβλίοις τοῦτό φησιν εἰπὼν, τὰ ἐγκαταλειπόμενα[2] μετὰ κρίσιν ὑποστροφάς· οἱ γὰρ μοχθηροὶ χυμοὶ ἐν τῷ σώματι ἐγκαταλιμπανόμενοι τὰς νόσους ἐπιφέρουσι καὶ τῷ χρόνῳ σηπόμενοι τοὺς πυρετοὺς ἀνάπτειν εἰώθασιν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ προγνωστικῷ φησιν, ὁκό-

1. *Corr.* προεκρήγνυσθαι pro προεγκρίνεσθαι. 2. l. II. aph. XII.

esse; quum vero tempora stati anni progressionem non servarent, tunc Hippocrates inconstantia vocat et morbos in ipsis exortos pari modo inconstantes nominat, ac supra eosdem difficiles judicatu, nunc vacantes judicatione in eandem fere sententiam appellat; ut eos non recte, sed male judicari intelligamus, quod nihil aliud est quam ut vel cum malis symptomatis judicentur vel postea repetant; hujus porro malae judicationes aut recidivae causa est, quia prius prorumpunt aut prius excernuntur aut intus relinquuntur, et quia praerumpunt et prius excernuntur, ideo non judicantur, et quia intus relinquuntur, ideo repetunt; id autem ipse in libris de morbis vulgaribus docuit, quum ait: *quae post judicationem relinquuntur, recidivas faciunt: pravi enim humores in corpore relicti morbos pariunt et temporis progressu computrescentes solent febres excitare.* Quin etiam in praesagii-

Ed. Chart. VIII. [566.]
σοισιν οἱ πυρετοὶ[1] παύονται, μήτε σημείων[2] γινομένων λυτηρίων μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι τουτέοισι χρή. καὶ γὰρ τὰ ἀλόγως ῥαστωνήσαντα φιλυπόστροφα, κἂν ἐν ταῖς κρισίμοις ἡμέραις τοῦτο γένηται. αἱ γὰρ κρίσεις αὗται γίνονται μὲν ἐν πάσαις ἡμέραις, ἀλλ' οὔτε ἴσαι τὸν ἀριθμὸν, οὔτε ὁμοίως πισταί. διαφέρουσι δὲ τῷ τὰς μὲν ἀγαθὰς αὐτῶν γίνεσθαι, τὰς δὲ κακάς· καὶ τὰς μὲν μετὰ πλειόνων τε καὶ χαλεπωτέρων συμπτωμάτων καὶ σὺν ἀγῶνι μείζονι. τὰς δὲ εὐθὺς[3] ἐξ ἀρχῆς εἰσβάλλειν καὶ ἀσφαλῶς.[4] τὸ δὲ προεκρήγνυσθαι ὅπερ μὴ κατὰ καιρὸν καὶ προφθάσαι τὰς κρίσεις σημαίνει, μοχθηρόν ἐστιν· ὁμοῦ γὰρ τοῖς λυποῦσιν ἐκκρίνεται τὰ χρηστά. τοῦτο μὲν οὖν γίνεται τῆς φύσεως ἐρεθισθείσης, ἤτοι[5] πρός τινος τῶν ἔξωθεν, οἷον ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ ἢ τοῦ κάμνοντος ἢ τῶν θεραπόντων οὐκ ὀρθῶς τι πραττόντων, ἢ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι περιεχομένων, ὡς ἀπὸ τῶν νοση-

1. Corr. οἱ πυρετοὶ pro ὑπηρετεῖν. 2. l. III. progn. XXVII. 3. Corr. δὲ εὐθὺς pro τὰ εὐθεῖς. 4. in marg. vel ἀῤῥαχῶς. 5. Corr. ἤτοι pro εἴτι.

ita ſcriptum comperimus: *febres quae neque ſalutaribus notis apparentibus, neque in criticis finitae ſunt diebus, fere repetunt:* nam quae ſine ratione levata ſunt ea ſolent repetere; licet hoc in die critico eveniat. Judicationes vero ipſae in omnibus quidem diebus fiunt, ſed neque pari numero dierum, neque ita fidae ac certae; different autem, quod quaedam bonae, quaedam malae ſunt et quaedam cum multis gravibusque conjunctae ſymptomatibus et majore angore; quaedam ſtatim in ipſo initio et tuto. Ceterum quod ait, praerumpere, quod non opportune quid fieri et judicationis tempus praevenire ſignificat, malum eſt; ſiquidem cum noxiis humoribus boni etiam excernuntur, hoc autem uſu venit, quia natura irritata ſit vel ab externa cauſa quadam, ut a medico aut aegrotante aut a miniſtris non recte aliquid molientibus; vel ab iis quae in ipſo corpore continentur, cujusmodi ſunt morbi aut cauſae aut exacerbationes; exacerbatio

μάτων ἢ αἰτίων ἢ παροξυσμῶν. καὶ[1] γὰρ παροξυσμὸς τὴν φύσιν ἐρεθίζει καὶ οἷον προπηλακίζαι οὐκ ἐπιτρέπων ἡσυχάζειν οὐδὲ μένειν, ἀλλὰ ἐπειγείρων καὶ ὡς προσδιαμαχεῖν προκαλούμενος. ἐπεὶ τοίνυν ἡ φύσις οὐκ ἀεὶ τοῖς προσήκουσι καιροῖς ἐξορμῶσα κρίνει τὰς νόσους, ἀλλὰ ἐρεθιζομένη πολλάκις ἄλλοτε πρὸς ἄλλων[2] αἰτίων, εὐλόγως προεκρήγνυσθαι συμβαίνει καὶ μὴ τελείαν γίνεσθαι κρίσιν· καὶ ὅκου τοῦτο ἐγενήθη, τὰς ὑποστροφὰς προσδέχεσθαι χρή. αἱ γὰρ ὧραι ἃς εἶναι νοσοποιούσας φησὶ, φιλυπόστροφοί εἰσι καὶ ἀνάλογον ἐν αὐταῖς γενόμεναι νόσοι. προσέχειν μὲν οὖν τὸν νοῦν ταῖς ὥραις καὶ ταῖς κατ' αὐτὰς μεταβολαῖς ἀκριβῶς δεῖ, ὡς καὶ ταχέως τὰ νοσήματα διαγινώσκειν καὶ καλῶς θεραπεύειν δυνήσῃ.

ιβ'.

Προλογιστέον οὖν ὁκοίως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα αἱ ὧραι παραλαμβάνωσι.

---

1. l. III. de crit. dieb. VIII. 2. *Corr.* ἄλλων pro ἄλλον.

enim naturam irritat et tanquam laceſſit nec requiem ei nec moram concedit, ſed excitat et veluti ad pugnam provocat. Quoniam igitur natura non ſemper accommodatis aptisque temporibus impulſa morbos judicat, ſed ſaepe aliter ab aliis atque aliis cauſis ſtimulatur, ideo merito fit ut praerumpant humores nec perfecta fiat judicatio; atque ubi hoc factum ſit, ibi exſpectare recidivas oportet; tempora enim a quibus fieri morbos ait recidivas afferre plerumque ſolent et morbi quoque in iis exorti temporibus proportione reſpondent. Itaque adhibere animum temporibus anni et iis mutationibus quae in ipſis fiunt accurate debes, ut morbos cito dignoſcere et eosdem curare recte poſſis.

XII.

Itaque inſuper conſiderandum eſt, ut corpora ſe habeant, quum ab anni temporibus ſuſcipiuntur.

Ed. Chart. VIII. [566.]

Τοῦτο[1] τὸ παράγγελμα πάνυ ὠφέλιμον καὶ πρὸς τὸ φυλακτικὸν καὶ πρὸς τὸ θεραπευτικὸν τῆς ἰατρικῆς μέρος ἐστί· συντελεῖ γὰρ πρὸς τὴν φυλακὴν τῆς ὑγείας, ὅτι τοῖς μὲν εὐκράτοις σώμασιν ὁ εὔκρατος ἀὴρ ἄριστος, ὅσα δὲ ὑπό τινος ἐξεχούσης ποιότητος δυναστεύεται, τούτοις ἄριστος ὁ ἐναντιώτατος τῇ κρατούσῃ· ὡς ψυχρὸς μὲν γὰρ τῇ θερμῇ, θερμὸς δὲ τῇ ψυχρᾷ καὶ τῇ ὑγροτέρᾳ ξηρός· τῇ δὲ αὐχμηροτέρᾳ τοῦ προσήκοντος εἰς τοσοῦτον ὑγρότερος εἰς ὅσον ἐκείνη[2] τοῦ συμμέτρου ξηροτέρα εἴη. καὶ τότε δεῖ τὴν δίαιταν τῇ κράσει τῆς ὥρας ἐναντίαν προστάσσειν οὐκ ἀγνοοῦντας ὅτι ἡ ὁμοία μᾶλλον βλάπτει, ἀλλὰ καὶ τῇ ὥρᾳ συνεργεῖ. πρὸς δὲ τὸ θεραπεύειν συντελεῖ, ὅτι τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα. εἰ μὲν οὖν τινος σῶμα εὔχυμον παραλάβοι ἡ ὥρα τοῦ ἦρος, φυλάττει τοῦτο ὑγιεινότατον, οὐδὲν ἐκ τῆς ἰδίας[3] φύσεως νεωτερίζουσα, οὐ μὴν ὁ θέρος ἢ φθινόπωρον ἢ χειμών. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ καθα-

1. Orib. IX. coll. II. 2. Corr. ἐκείνη pro ἐκεῖνοι.
3. Orib. IX. coll. II.

Hoc praeceptum eſt ad eam medicinae partem quae ſanitatem tuetur et ad eam quae morbos curat accommodatiſſimum; ad conſervandam enim ſanitatem facit, quia temperatis corporibus aër temperatus eſt optimus; in quibus vero aliqua exſuperans qualitas dominatur, iis utiliſſimus eſt aër qui exſuperanti qualitati ſit contrarius vel maxime, ut frigidus calidae, calidus frigidae; humidiori ſiccus, ſicciori vero quam par eſt tanto humidior, quanto illa ſit quam moderata portio ſiccior; quo ſane tempore victus ratio eſt temperaturae temporis contraria inſtituenda; in quo non ignorandum eſt ea quae ſimilia ſint magis nocere et temporis actionem adjuvare. Ad curationem vero morborum adjumento eſt, quia contraria ſunt contrariorum remedia. Itaque ſi tempus vernum corpus alicujus excipiat bonis praeditum humoribus, id etiam in optima ſanitate conſervabit; nihil ex ſua natura novi afferens, id tamen neque aeſtas, neque autumnus, neque hiems faciet; haec enim tempora licet corpus purum et

Ed. Chart. VIII. [566.]
ρὸν σῶμα καὶ πάντως ἄμεμπτον παραλάβοι, τὸ μὲν θέρος τὴν ὠχρὰν ἢ ξανθὴν χολὴν εἴωθε πλείονα τοῦ δέοντος γεννᾷν, τὸ δὲ φθινόπωρον τὴν μέλαιναν, ὁ χειμὼν δὲ τὸ φλέγμα, ὅθεν γίνεται ὅτι πρὸς μὲν τὸ θέρος αἱ ψυχραὶ καὶ ὑγραὶ κράσεις ἄριστα διάκεινται, πρὸς χειμῶνα δὲ αἱ θερμαὶ καὶ ξηραὶ, ἀνάπαλιν δὲ αἱ μὲν θερμαὶ καὶ ξηραὶ πρὸς τὸ θέρος κακῶς, αἱ δὲ ὑγραὶ καὶ ψυχραὶ πρὸς χειμῶνα. τρεῖς δέ εἰσι τοῦ σώματος κατασκευαὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἢ ἀρίστη ἢ φαύλη καὶ ἡ νοσοῦσα. ἀλλ' ἡ μὲν ἀρίστη μία, τῶν δὲ ἄλλων ἀμφοῖν[1] αἱ διαφοραὶ[2] οὐκ εὐαρίθμητοι, ἐπεί εἰσι μοχθηραὶ κατασκευαὶ σωμάτων, ἔνιαι μὲν ἐν ὅλῳ τῷ ζώῳ δυσκρασίαν ἔχουσαι, τινὲς δὲ ἐν τῇ τῶν μορίων ἀνωμάλῳ κατασκευῇ. προλογεῖσθαι οὖν χρὴ πῶς διακείμενα εἶναι τὰ σώματα, ὅταν αἱ ὧραι παραλαμβάνουσιν αὐτὰ, τουτέστι πότερον μοχθηρῶς ἢ κακῶς διάκεινται ἢ καὶ τελείαν ἔχει τὴν ὑγείαν οἱ μήπω νοσοῦσιν, ἀλλὰ ἐγγύς ἐστι τοῦ εἰς νόσον πεσεῖν. αὐσῶν γὰρ τῶν ὡρῶν

1. *Corr.* ἀμφοῖν pro ἀμφί. 2. l. IV. in VI. epid. XXVI.

omni ex parte vacans culpa exceperint, tamen aeſtas pallidam aut flavam bilem copioſiorem, quam par ſit autumnus atram bilem, hiems pituitam gignere conſuevit; unde efficitur ut frigidae et humidae naturae ſint optime ad aeſtatem comparatae; calidae et ſiccae ad hiemem, contra vero calidae et ſiccae male ad aeſtatem; humidae vero et frigidae male ad hiemem affectae ſint. Tres autem ſunt omnes corporis conſtitutiones in rerum natura, optima, prava et aegrotans; ſed optima una eſt, aliarum duarum ſunt differentiae innumerabiles, propterea quod malae quaedam corporis conſtitutiones ſunt quae in toto animante habent intemperiem; quaedam vero in conſtructione partium inaequali; quocirca ſpectandum eſt, quomodo corpora affecta ſint, quando anni tempora ipſa excipiunt, hoc eſt utrum bene an male affecta ſint; et utrum perfecta ſanitate perfruantur, an vero nondum aegrotent, ſed in eo ſint, ut prope in morbum cadant; quum enim ſqualida

Ed. Chart. VIII. [566. 567.]

αὐχμηρῶν τε καὶ ξηρῶν αἱ μὲν ὑγραὶ φύσεις οὐ μόνον οὐδὲν βλαβήσονται πρὸς τῆς τοιαύτης καταστάσεως[1], ἀλλὰ καὶ μέγα ὠφεληθήσονται. τὰς μὲν ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους γεγραμμένας καταστάσεις ἁπάσας ἀκούειν χρὴ ἐν τοῖς εὐκράτοις τῆς οἰκουμένης γενομένας, πλὴν τῆς μὲν Θρᾴκης ὅσα τῆς θαλάσσης ἀπεχώρηκεν, ἅπερ εἶναι ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ περαιτέρω τοῦ μετρίου ἐν τῷ περὶ τόπων, ἀέρων καὶ ὑδάτων ὑπομνήματι δέδεικται. καὶ τὰ κατ' Αἴγυπτον καὶ Λιβύην θερμὰ καὶ ξηρὰ, ἐξῃρημένων τοῦ λόγου τῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κειμένων, καὶ γὰρ κατὰ τὴν Θρᾴκην τε καὶ Πόντον τὰ ταπεινὰ τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ θερμότερα ταῖς κράσεσίν ἐστι. κατὰ δὲ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην θερμὰς οὔσας, ὅτι τοῦ θέρους ἀναψύχονται τοῖς ἀρκτικοῖς ἀνέμοις, διὰ τοῦτο ἧττον εἶναι θερμὰ ἐπειράθημεν τῶν ἀποκεχωρηκότων εἰς μεσόγαιον. εἰ δέ τις καὶ τὴν ἀκριβῶς εὔκρατόν[2] τε καὶ μέσην εἰδέναι θέλει τὴν ζώνην τῆς οἰκουμένης, οὗτος πρὸς τὴν διὰ Κνίδου καὶ Κῶ τὸν νοῦν προσεχέτω καὶ ὅσα χωρία μὴ

1. l. III. aph. XIV. 2. Corr. εὔκρατον pro ἔφραττον.

ficcaque tempora funt, tunc tantum abeft, ut [567] naturae humidae quidquam a tali conftitutione laedantur, ut etiam magnopere adjuventur; conftitutiones autem omnes quas Hippocrates literarum monumentis confignavit intelligere debemus intemeratis orbis terrae partibus extitiffe, exceptis iis Thraciae locis quae a mari funt remota, quae et humidiora et frigidiora quam oporteat, in commentariis in librum de aëre, aquis et locis docuimus; et item Aegypti et Libyae regionibus calidis et ficcis, demptis iis tractibus qui ad mare fiti funt; humiliores enim Thraciae ac Ponti regiones quae maritimae funt, calidiore etiam funt temperatura; in Aegypto vero et Libya quae calidae funt, ideo loca effe minus calida, quam quae a mari ad continentem receffermnt experti fumus, quia per aeftatem ventis ab urfa perflata refrigerantur. Qui vero accurate temperatum et mediam mundi zonam cognofcere velit, is ad partem eam quae ad Cnidum et Cφ pertinet, mentem adhibeat eique adjungat

πολὺ ἀπὸ τούτου τοῦ μορίου τῆς γῆς ἀποκεχώρηκεν. εἰκὸς δ' ἐστὶ καὶ τὰς ὥρας· ἐν τῇ αὐτῇ τῇ ζώνῃ ἔσεσθαι εὐσταθεῖς τε καὶ μὴ νοσεράς. τοὐναντίον δὲ περὶ τῶν μὴ τοιούτων κριτέον. ὥστε βλέπειν δεῖ, πῶς διάκειται τὰ σώματα, ὅταν αὐτὰ αἱ ὧραι παραλαμβάνῃ.

ιγ'.

Νότοι, βαρύκοοι, ἀχλυώδεες, καρυβαρικοὶ, νωθροὶ διαλυτικοί. ὅταν οὕτως δυναστεύῃ τοιουτότροπα ἐν τῇσι νούσοισι πάσχουσι ἕλκη μαδαρὰ, μάλιστα στόμα, αἰδοῖον καὶ τὰ ἄλλα. ἢν δὲ βόρειον, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληρότεραι, δυσουρίαι φρικώδεις, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὅταν οὖν δυναστεύῃ τοιαῦτα, προσδέχεσθαι μᾶλλον τὰ νοσήματα.

Ἡ τῶν ἀνέμων ἢ καὶ πνευμάτων ἢ φυσῶν, ἔξεστι γάρ σοι ὡς ἂν ἐθέλοις ὀνομάζειν, διδασκαλία τε καὶ διά-

1. l. III. aph. V.

loca, quae ab iis infulis non longe receſſerunt. Eſt etiam veriſimile anni tempora in ea zona ſtata eſſe et non morboſa; contraria vero ſunt de iis quae non ſunt hujusmodi judicanda; proinde ſpectandum eſt, quomodo affecta corpora ſint, quando ab anni temporibus excipiuntur.

XIII.

Auſtri auditum gravant, oculis caliginem inducunt, capitis gravitatem concitant, membrorum torporem faciunt, diſſolvunt; quum hic ventus dominatur, talia in morbis patiuntur ulcera glabra ac madentia; praeſertim vero os, pudenda, aliaeque partes. Si vero aquilo, tuſſes, faucium aſperitates, alvos duriores, urinae difficultates, horrores, laterum pectorisque dolores, hoc autem dominante tales morbos magis exſpectare oportet.

Ventorum aut ſpirituum aut flatuum, licet enim ut velis eos appellare, diſciplina atque dignotio magnum

Ed. Chart. VIII. [567.]

γνωσις μεγάλην φέρειν τῷ ἰατρῷ πρὸς ἅπαν ὠφέλειαν φαίνεται. καὶ γὰρ πρὸς τὴν πρόγνωσιν μάλιστα συντελεῖ καὶ πρὸς τὴν θεραπευτικήν ἐστι χρήσιμος καὶ πάνυ. διὸ οὐκ ἄκαιρον ἴσως εἶναι δοκεῖ ἢ προὐθέμην ἐνταῦθα[1] περὶ αὐτῶν διὰ μακροτέρων καὶ ἀκριβέστερον λέγειν. τοιαύτης ἤδη πραγματείας καὶ ἐν τῷ περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων μεταχειριζομένοις. καὶ ἔτι ἐν τοῖς εἰς τὰ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία ὑπομνήμασιν ἐξ ἀνάγκης πολλαχοῦ λεχθησομένοις, τοσαύτην γὰρ καὶ τοιαύτην ὠφέλειαν τοῦτο παρέχει, ὡς μὴ πρέπει μήτε ἡμᾶς ὀκνεῖν δὶς ἢ τρὶς περὶ αὐτοῦ γράφειν μήτε τοὺς φιλομαθεῖς καὶ τοὺς ἰατρικῆς ἀντιποιουμένους ἀναλέξασθαι. πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς οὐσίας τῶν ἀνέμων ἐστὶ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ἀμφισβήτησις. οἴεται γὰρ Ἀναξίμανδρος τὸν ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ καὶ ὑγροτάτων ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιομένων καὶ τηκομένων. Ἀναξιμένης δὲ ἐξ ὕδατος καὶ ἀέρος γίνεσθαι τοὺς ἀνέμους βούλεται καὶ τῇ ῥύμῃ τινὶ ἀγνώστῳ φέρεσθαι βιαίως

1. *Corr.* ἐνταῦθα pro ἂν ταῦτα.

ad res omnes praeftare medico ufum videtur; fiquidem et ad praefagia facienda conducit et ad curationem adhibendam utilis eft vel maxime; quocirca non fuerit fortaffe abfurdum, fi hoc loco mihi propofuero de ventis agere copiofius et accuratius, licet hoc ipfum in libro de aëre aquis et locis jam fit pertractatum; atque in commentariis in librum de vulgaribus morbis multis in locis fit nobis de hac re differendum; tantam enim talemque res ipfa utilitatem praebet, ut neque nobis grave videri debeat, bis terve de eadem fcribere, neque pigere ftudiofos medicinaeque cupidos homines iterum legere. In primis autem eft de effentia ventorum inter philofophos controverfia. Anaximander enim putat ventum effe fluxum aëris, cujus fubtiliffimae humidiffimaeque partes a fole motae confumptaeque fint. Anaximenis opinio eft, ventos ex aëre et aqua gigni et impetu quodam ignoto violenter

Ed. Chart. VIII. [567.]

καὶ τάχιστα ὡς τὰ πτηνὰ πέτασθαι. οἱ Στωικοὶ δὲ περὶ τῶν ὀνομάτων μόνον διαλέγουσιν, ἀπὸ γὰρ ζόφου καὶ τῆς δύσεως[1] *τὸν ζέφυρον, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς καὶ τοῦ ἡλίου ἀπηλιώτην, τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων εἶναι βορέην, τὸν δὲ ἀπὸ τῶν νοτίων λίβαν λέγουσιν, ἄλλοις δὲ ἀρέσκειν ἄλλα, περιττὸν ἄν μοι νῦν εἰπεῖν δοκεῖ, ἔχοντι ἀληθῶς περὶ τῆς φύσεως τῶν ἀνέμων διαλέγεσθαι. ἰστέον οὖν ὅτι δύο εἴδη τῆς ἀναθυμιάσεώς ἐστιν, ἡ μὲν ὑγρὰ ἥπερ ἀτμὶς καλεῖται, ἡ δὲ ξηρὰ οἷον καπνός. καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὑγρὸν ἄνευ τοῦ ξηροῦ, οὔτε τὸ ξηρὸν ἄνευ τοῦ ὑγροῦ. λέγεται δὲ πάντα ταῦτα κατὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐν αὐτοῖς*[2] *ὕλην. ἡ μὲν οὖν ὑγροῦ πλέον ἔχουσα πλῆθος ἀναθυμίασις ἀρχὴ τῶν ὑετῶν ἐστιν, ἡ δὲ ξηρὰ τῶν πνευμάτων ἀρχή τε καὶ φύσις πάντων, ὥστε εἶναι τὸ πνεῦμα ξηρὰν ἀναθυμίασιν. ἐνθάδε οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἴ τινες οἴονται τὴν αὐτὴν εἶναι καὶ τῶν ἀνέμων φύσιν καὶ τοῦ ὑομένου ὕδατος διὰ τὴν μεγίστην ὁμοιότητα. οὐκ ἔστι δὲ αὐτὴ καθάπερ τινὲς νο-*

1. in marg. vel *φύσεως*. 2. *Corr. ἐν αὐτοῖς* pro *αὐτῆς*.

ferri et celerrime ſicut volatilia volare. Stoici de ſolis nominibus diſputant: eum enim qui a tenebris et occaſu flat, favonium; qui ab ortu ſolis, ſubſolanum; qui a ſeptentrione, aquilonem; qui a meridie africum vocant. Nunc vero narrare, ut aliis quod ad hanc rem pertinet alia placeant, mihi ſupervacaneum videtur, quum poſſim de ventorum natura vere diſſerere. Itaque ſcire convenit, halituum eſſe duo genera, quorum unus humidus eſt, aridus alter, atque ille quidem vapor appellatur; qui vero eſt aridus, is veluti fumus eſt, atque ut humor ſine ſiccitate, ita nec ſiccitas ſine humore conſtabit, haec tamen omnia ex materia in ipſis redundante dicuntur, quocirca halitus qui plus habet humoris, is pluviarum eſt principium, aridus vero eſt flatuum origo et natura omnium; ex quo fit ut flatus ſit aridus vapor; hoc autem loco minime mirari debemus, ſi quidam exiſtimarunt, eamdem eſſe naturam ventorum et imbrium, ducti nimirum maxima quae intercedit ſimilitudine, eadem tamen non eſt,

Ed. Char. VIII. [567.]
μίζουσι. τὸν γὰρ αὐτὸν ἀέρα κινούμενον μὲν ἄνεμον εἶναι, συνιστάμενον δὲ πάλιν ὕδωρ. ἄτοπον γὰρ εἰ ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ οὕτως γίνεται κινούμενος πνεῦμα καὶ ὅθεν ἂν τύχῃ κινηθεὶς ἄνεμος ἔσται· διὰ γὰρ τὸ συνεχὲς μὲν, μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον καὶ πλείω καὶ ἐλάττω γενέσθαι τὴν ἀναθυμίασιν, ἀεὶ νέφη τε καὶ πνεύματα γίνεται κατὰ τὴν ἑκάστου τοῦ ἔτους ὥραν. ὅτι δὲ ἐνίοτε μὲν ἀτμιτώδης γίνεται πολλαπλασία, ὁτὲ δὲ ξηρὰ καὶ καπνώδης, τὰ ἔτη ὁτὲ μὲν ἔπομβρα καὶ ὑγρὰ γίνεται, ὁτὲ δὲ ἀνεμώδη καὶ αὐχμώδη. μετὰ δὲ τὸν ὑετὸν ἡ γῆ ξαραινομένη ὑπό τε τοῦ ἐν αὐτῇ θερμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ ἄνωθεν ἀναθυμιᾶται. καὶ τοῦτο ἦν ἀνέμου σῶμα καὶ ὅταν ἡ τοιαύτη διάκρισις ᾖ καὶ οἱ ἄνεμοι κατέχωσι. παυόμενον δὲ διὰ τὸ ἀποκρίνεσθαι τὸ θερμὸν ἀεὶ καὶ ἀναφέρεσθαι εἰς τὸν ἄνω τόπον, συνίσταται ἡ ἀτμὶς ψυχομένη καὶ γίνεται ὕδωρ. πνεύματα δὲ ἀπό τε τῆς ἄρκτου καὶ μεσημβρίας πλεῖστα γίνεται. πλεῖστοι γὰρ βορέαι καὶ νότοι γίνονται τῶν ἀνέμων. τούτου δὲ αἴτιον ὅτι ὁ ἥλιος τούτους[1] τοὺς τόπους οὐκ ἐπέρχεται. ἐπὶ δυσμὰς δὲ

1. *Corr.* τούτους uncis inclusit.

ut quidam arbitrantur; eundem enim aërem si moveatur esse ventum, si concrescat esse aquam affirmant; etenim absurdum fuerit, si aër is qui nos ambit, dum motus cietur, flatus fiat et unde is motu pulsus ventus sit. Nam quia continenter, sed plus vel minus et major vel minor fieri halitus solet, semper nubes ac flatus in singulis anni temporibus fiunt; quia vero interdum multis partibus magis vaporosus, interdum vero aridus ac fumeus, ideo fit ut anni modo pluvii et humidi, modo ventosi et squalidi sint: terra enim post pluviam et suo et a superno calore resiccata halitum, qui ventorum materia est, profundit; quumque hujusmodi secretio existit, tunc venti vigent; quibus ponentibus, quia calor semper secernitur et in sublime fertur, vapor refrigeratus consistit et aqua efficitur, ceterum venti plurimi a septentrione et meridie spirant; siquidem aquilones et austri flare plurimum solent, causa est quia sol ea loca non adit, quum ad occasum ortum-

Calidae naturae, aetati, anni tempori, conſtitutioni ac regioni familiares eſſe calidos morbos novimus, frigidis frigidos aut ſiccioribus ſicciores; humidiores humidioribus; quocirca ſi febris ardens aeſtate oriatur, non admodum admirabile fuerit, quando eſt ad illius temporis naturam comparata. At ſi hieme conſiſtat, ſcire convenit ſine

Ed. Chart. VIII. [572.]

συστῇ, ἰστέον ὅτι οὐ δύναται τότε γίνεσθαι ἄνευ μεγίστης διαθέσεως. μηδὲ γὰρ ἂν συσταίη ποτὲ ἑτέρως, εἰ μὴ διὰ τὴν τῆς αἰτίας ἰσχὺν ἐνίκησε τὴν ἐκ τῆς ὥρας ἐναντίωσιν. διὰ τῶν ἴσων τὸ μέγεθος καύσων ὀλεθριώτερός ἐστιν ὁ ἐν χειμῶνι συνιστάμενος, ὥστε οὐκ ἀληθὲς, ὅπερ φασί τινες, οἰκεῖον εἶναι τῇ τοῦ κάμνοντος φύσει τὸ νόσημα τὸ κατὰ τὴν κρᾶσιν ἐναντίον, ὡς εἰ καὶ ἐπιτήδειον εἴρηται. προσέχειν μὲν οὖν δεῖ[1] τὸν νοῦν τοῖς ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένοις, νόσους μὲν εὖ πεφυκέναι πρὸς τὰς ὥρας, ὡς μὲν πρὸς γένεσιν τὰς ὁμοίας, ὡς δὲ πρὸς λύσιν τὰς ἐναντίας· οὕτω καὶ ἡλικίαι καὶ φύσεις. αἱ ψυχραὶ μὲν φύσεις πρὸς θερμὰς ὥρας, αἱ δὲ θερμαὶ πρὸς ψυχρὰς εὖ πεφύκασι, καὶ αἱ ἡλικίαι ὡς τῶν γερόντων πρὸς θέρος, τῶν ἀκμαζόντων πρὸς χειμῶνα, οὕτω καὶ πρὸς τὰς χώρας ἔχουσι καὶ αἱ νόσοι καὶ αἱ ἡλικίαι, ὅτι ἐν ταῖς θερμαῖς χώραις αἱ νόσοι θερμαὶ συμβαίνουσι καὶ ἐλάττονα κίνδυνον ἐπιφέρουσι. καὶ ὅτι αἱ θερμότεραι τῶν ἡλικιῶν ἐν ταῖς χώραις ταῖς ψυχρο-

1. Corr. δεῖ.

maxima affectione conſtare eam eo tempore non poſſe; tunc enim nunquam aliter exorta eſſet, niſi cauſae vehementia ac vi contrarium ſtatum temporis ſuperaſſet, quamobrem in duabus febribus ardentibus, quorum par ſit magnitudo, ea perniciosior eſt quae hieme exiſtit, unde illud non eſſe verum apparet, quod quidam dictitant, familiarem eſſe aegrotantis naturae morbum qui ſit temperaturae contrarius, perinde quaſi aptus morbus dicatur. Adhibere igitur Hippocratis verbis mentem oportet, ut quum ait morbos eſſe bene affectos ad anni tempora intelligamus, ſimilia tempora valere ad morbos gignendos, contraria vero ad expellendos, ſic etiam aetates naturaeque affectae ſunt, ut frigidae naturae ad calida tempora et calidae ad frigida bene ſint comparatae; et aetates quoque ut ſenum ad aeſtatem, florentium ad hiemem; morbi item atque aetates ad regiones ſunt comparatae; nam in calidis regionibus morbi calidi proveniunt et minus periculum afferunt; et calidiores aetates in locis fri-

Ed. Chart. VIII. [572.]
τέραις μᾶλλον ὑγιαίνουσιν, ἐν δὲ ταῖς θερμοτέραις αἱ ψυχρότεραι, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ποιότητας ἀναλόγως, ἀλλὰ καὶ νόσοι καὶ ἡλικίαι πρὸς τὰς διαίτας κακῶς καὶ εὖ πεφύκασι. καὶ [1] περὶ μὲν τῶν νόσων αὐτὸς πολλαχοῦ λέγει, ὡς ὅταν φησὶν, ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρει. καὶ τάδε· αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται καὶ ἐν τοῖσιν μακροῖσιν ἀεὶ πάθεσι καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν, οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. καὶ ἑξῆς, ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσοῦντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται. καὶ ὅταν ἄριστον καὶ ὠφέλιμον παράγγελμα δίδωσι κατὰ τόνδε τὸν ἀφορισμὸν, ὁκόταν ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. καὶ [2] πάλιν ἐφεξῆς πολλὰ προστίθησι πρὸς τὴν ἐν τοῖς νόσοις δίαιταν, ἵνα μὴ λέγω τι περὶ τῶν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων καὶ τῶν μυριάκις εἰρημένων αὐτῷ. ἡλικίαι δὲ ὡς καὶ νόσοι ξηρότεραι μὲν πρὸς τὰς ὑγροτέρας διαίτας, αἱ δὲ ὑγρότεραι πάλιν πρὸς τὰς ξηροτέρας εὖ πεφύκασι. καὶ ἐπεὶ τῶν νόσων καὶ τῶν κα-

1. l. I. aph. XVI. 2. l. I. aph. VIII.

gidioribus ſalubrius degunt; in calidioribus frigidiores, eademque in aliis qualitatibus eſt ratio. Jam vero et morbi et aetates ad victus rationem bene et male ſunt affectae; ac de morbis quidem ipſe multis in locis verba facit, ut quum ait: *humida diaeta febricitantibus convenit*, et item: *victus tenuis et exquiſitus in morbis quidem longis ſemper, in acutis vero, ubi non convenit, non eſt tutus*; et deinceps: *in tenui victu aegroti peccant, proinde magis laeduntur.* Et quum optimum utileque praeceptum nobis hoc aphoriſmo tribuit: *quum morbus*, inquit, *in ſtatu ſit, tum vel tenuiſſimo victu utendum;* tum vero multa addit quae ad victus rationem in morbis ſervandam pertineant, ut ne ea commemorem quae ipſe in libro de ratione victus in morbis acutis et alibi ſexcentis in locis conſcripſit. Aetates porro non ſecus quam morbi ſicciores ad humidiorem victus rationem, humidiores contra ad ſicciorem ſunt bene comparatae; quoniam autem

ταστάσεων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν διακειμένων τὰ ἰάματά ἐστιν ἐναντία, διὰ τοῦτο αἱ ἐναντίαι ἡλικίαι τε καὶ νόσοι πρὸς ἐναντίας διαίτας καλῶς, αἱ ὅμοιαι δὲ πρὸς τὰς ὁμοίας κακῶς διάκεινται, πλὴν εἰ μὴ περὶ συμμέτρου ἡλικίας πρὸς σύμμετρον δίαιτάν τε καὶ ὥραν καὶ χώραν γένηται παραβολή. τότε γὰρ αἱ ὅμοιαι ὑπὸ τῶν ὁμοίων εὖ διάκεινται, ἄλλως δὲ μή. τὴν δὲ αὐτὴν ἔννοιαν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ῥημάτων ἔχεις ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς γεγραμμένην καὶ πρὸς ἡμῶν ἐξηγημένην. μεταβήσομεν οὖν ἤδη πρὸς τὰ ἑξῆς.

ιθ'.

Καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν δίαιται καὶ σιτία καὶ ποτὰ, οἷα ὅτι ὁ μὲν χειμὼν ἀργὸς ἔργων καὶ πέπονα τὰ εἰσιόντα καὶ ἁπλᾶ. μέγα γὰρ καὶ τοῦτο, αἱ ὀπῶραι δὲ ἐργάσιμοι, ἡλιώσιες, τὰ πινόμενα πυκνά. ἀκατάστατα σιτία, οἶνοι, ἀκρόδρυα.

---

morborum, conſtitutionum et aliarum rerum male affectarum medicamenta contraria ſunt, ideo contrariae aetates et morbi ad contrarias victus rationes bene, ſimiles contra male affectae ſunt, praeterquam ſi temperata aetas cum temperata victus ratione, itemque anni tempore et regione comparetur, quia eo caſu ſimiles a ſimilibus bene afficiuntur; aliter vero ſecus fit. Eandem autem ſententiam et iisdem fere verbis expreſſam in aphoriſmis et a nobis explicatam poteris perlegere, quare jam ad ea quae ſequuntur transitum faciamus.

XIX.

Atque in temporibus diaetae, cibi ac potus, quales ſint: nam hiems vacationem habet ab actionibus et quae in corpus ingeruntur, ea matura ſimpliciaque requirit: hoc enim etiam magnum eſt: ὀπώρα laboribus eſt dicata, ſub inſolationibus autem crebri ſunt potus, cibi inconſtantes, vina, arborum baccae.

Ed. Chart. VIII. [572.]

Τὴν δίαιταν καὶ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ δεῖ προσφέρειν, ὅτε ἡ τοῦ νοσήματος κατάστασις καὶ ἡ ὥρα ἀπαιτεῖ, καὶ μὴ διδόναι, ὅτε ταῦτα ἀνάπαλιν ἐνδείκνυσιν. εἰ[1] γάρ τις ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς νόσου διδόναι τι ἀξιόλογον ἐθέλοι, οὗτος οὐκ οἶδεν ὅτι περιέλθει τὴν φύσιν εἰς ἑτέραν πέψιν, ἐγκειμένην πρότερον ἰσχυρῶς τῇ πέψει τῶν νοσοποιῶν χυμῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ. καὶ τοῦτο ἀεὶ ἀληθὲς ἐπὶ πασῶν νόσων, ἐφ' ὧν ὅλως ἐγχειροῦμεν διαίτῃ τε καὶ θεραπείᾳ. διακρίνει δὲ αὐτὸς τὰς ὥρας, ἀλλὰ μὴ πάσας, μόνον οὖν τὸν χειμῶνα καὶ τὰς ὀπώρας. ἐν δὲ τοῖς ἀφορισμοῖς περὶ χειμῶνος καὶ ἦρος εἶπεν, αἱ κοιλίαι, φησὶ, χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται καὶ[2] ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύταις οὖν ὥραις καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι, τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. οὐ μόνον οὖν φησὶν ἐν τῷ χειμῶνι πλείω δοτέον, ὅτι καὶ πλειόνων ὀρέγονται οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησιν, ὅτι τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖόν ἐστι. καὶ οἱ ὕπνοι μακρότατοι,

1. l. I. aph. XIII. 2. l. I. aph. XV.

Diaetam cibosque ac potus offerre debemus, quum morbi conſtitutio ac tempus poſtulat, nec dare quum haec contra judicare videantur; nam ſi quis in ſtatu morbi dare quidpiam velit, is non animadvertit, ſe naturam quae prius magna vi in concoctionem humorum morbum facientium illo tempore incumbebat avertere atque ad aliam concoctionem attrahere, atque hoc eſt perpetuo verum in iis morbis, in quibus diaeta omnino et curatione nitimur atque confidimus. Tempora autem ipſe diſtinguit, ſed non omnia, ſiquidem hiemem modo partemque aeſtatis commemorat. In aphoriſmis autem de hieme deque vere loquutus eſt, quum ait: *ventres hieme et vere natura calidiſſimi et ſomni longiſſimi.* His igitur temporibus plus cibi dandum eſt, ſiquidem plus nativi caloris habent, quare majorem alimenti copiam requirunt. Ergo non ſolum ait, hieme plus cibi dandum eſſe, quia etiam homines plus expetunt, ſed cauſam quoque adjungit, quia, inquam, plus nativi caloris ineſt in corpore ſomnique

Ed. Chart. VIII. [572.]

ὅπερ ποιεῖ, ὡς τοὺς ἀνθρώπους ῥᾷον πέττεσθαι.[1] ἐκεῖνα δὲ τοιαῦτά ἐστι, διότι χειμῶνος καὶ ἦρος αἱ κοιλίαι θερμόταται τυγχάνουσιν οὖσαι. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ χειμῶνι διὰ τὸ περιιστάμενον κρύος τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἀποφεύγει καὶ εἰς τὰ ἐντὸς ὑποχωρεῖ. ἐν δὲ τῷ θέρει πρὸς τὸ συγγενὲς ἀποτείνεται, διὰ τοῦτο συμβαίνει ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ διὰ ψῦχος αὔξάνεσθαι, ἐν δὲ τούτῳ διὰ θάλπος διαφορεῖσθαι. βούλεται γὰρ Ἱπποκράτης συνδιατίθεσθαι τὰ τῶν ζώων σώματα τῇ τοῦ περιέχοντος, ἡμᾶς[2] ἀέρος καταστάσει. ξηραινόμενα γὰρ ἐν ταῖς ξηραῖς αὐτοῦ κράσεσιν, ὑγραινόμενα δὲ ἐν ταῖς ὑγραῖς, οὕτω καὶ θερμαινόμενα ἐν ταῖς θερμαῖς, ψυχόμενα δὲ ἐν ταῖς ψυχραῖς· τοῦ γὰρ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος θερμασίας, ἣν ἴσχει κατὰ τὸ θέρος, ὁ ἥλιος αἴτιος. ἐγγύς τε τῶν κατὰ κορυφὴν ἡμῖν ἀφικνούμενος καὶ μακροτέραν τὴν ἡμέραν ποιούμενος, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχρότητος τῆς ἐν χειμῶνι ὁ αὐτὸς ἥλιος αἴτιος καὶ οὐ θαυμαστόν. λοξὸς γὰρ καὶ ταπεινὸς ἐν ὀλίγῳ τε χρόνῳ τὴν

1. de nat. human. 36. 2. *Corr.* ἡμᾶς.

longiffimi funt; quae res facit ut homines facilius quod fumpferunt concoquant; illa porro funt hujusmodi, propterea quod hieme et vere calidiffimi ventres funt, quoniam enim per hiemem nativus calor propter circumftans frigus refugit et in partes intimas corporis fe recipit, per aeftatem vero ad cognatum calorem extenditur, ideo accidit ut illo tempore propter frigus augeatur, in hoc vero propter aeftum digeratur. Eft enim Hippocratis fententia corpora animantium cum aëris nos ambientis conftitutionibus affici, ut dum illius temperatura ficca eft ipfa quoque ficcata fint, dum illa eft humida, ipfa fint humecta, ita etiam calefacta in calidis aëris conftitutionibus et refrigerata in frigidis habeantur. Ut vero aër nos ambiens calidus fit, quem calorem aeftivo tempore habet, in caufa eft fol, qui prope ad verticem noftrum pervenit et longiorem diem facit, frigoris quoque quod hieme viget idem fol auctor eft, neque hoc mirabile eft; obliquus enim humilisque et exiguo fpatio temporis fupra

Ed. Chart. VIII. [572. 573.]

ὑπὲρ τῆς γῆς φορὰν ποιούμενος, τὴν πορείαν αὐτοῦ περαίνει καὶ τὰς νύκτας μακροτέρας ἀποτελεῖ. ὅπερ οὐ σμικρὸν εἰς τὴν πέψιν συντελεῖν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. προστίθησι δὲ καὶ ἄλλας αἰτίας, ὅτι ὁ χειμὼν ἀργὸς τῶν ἔργων ἐστί. καὶ πέπονα τὰ εἰσιόντα καὶ ἁπλᾶ. ἃ πάντα ποιοῦσιν, ὡς μὴ ἀποχωρεῖσθαι τὴν φύσιν ἀλλαχοῦ καὶ περιέλκεσθαι εἰς ἕτερόν τι πρᾶγμα γενησόμενον, ἀλλὰ ἐγκεῖσθαι μάλιστα καὶ ἀνεμποδίστως τῇ τῶν εἰσιόντων πέψει. ἀνάπαλιν δὲ συμβαίνει τοῦ[1] θέρους καὶ τοῦ φθινοπώρου, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔγραψε. θέρεος, φησὶ, καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον. καὶ τοῦτο διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν ὅτι ἐν χειμῶνι ἔμφυτον θερμόν ἐστι πλεῖον καὶ τρέφεσθαι δεῖται. διὰ τοῦτο πλείω διδόναι χρὴ, εὐφόρως γὰρ φέρουσιν ἅπαντες πλῆθος τῶν σιτίων ἐν χειμῶνι, δυσφόρως δὲ ἐν τῷ θέρει, διότι τὸ πέττον αὐτὰ καὶ κατεργαζόμενον τὸ ἔμφυτον θερμὸν ὀλίγον ὑπάρχει. εἰ μὲν οὖν ἐν χειμῶνι ὀλιγάκις μὲν καὶ πολλὰ

1. l. I. aph. XVIII.

terram latus curſum ſuum conficit, ac longiores noctes efficit, quod non parum ad [573] concoctionem conferre nemo eſt qui ignoret. Ceterum ipſe alias etiam cauſas attulit, quia, inquam, hiems vacationem habet ab actionibus et quae in corpus ingeruntur matura ſimpliciaque ſunt, quae omnia faciunt ne natura alio divertatur et ad aliud quidpiam conficiendum diſtrahatur, ſed maxime et ſine ullo impedimento in concoctionem eorum quae ſumpta ſint incumbat, aeſtate autem contra fit itemque autumno, ut ipſe in aphoriſmis docuit: *aeſtate*, inquit, *et autumno cibos ferunt difficillime, hieme facillime, vere minus;* id quod propter ante dictam cauſam uſu venit, quia, inquam, hieme nativus calor eſt copioſior et alimento indiget, ideo plura etiam danda ſunt et omnes alimenti copiam hieme facile ferunt, difficulter aeſtate, propterea quod nativus calor qui alimenta concoquit et conficit eſt exiguus. Quamobrem ſi hieme raro quidem, ſed tamen multa ali-

Ed. Chart. VIII. [573.]

προσφέρειν ἐθέλοις, οὐκ ἂν ἁμάρτοις. ἐν θέρει δὲ τὸ μὲν ἀθρόον διδόναι ἅπαντι τρόπῳ φευκτέον. τῶν μὲν ἄλλων δυοῖν ὡρῶν τὸ μὲν φθινόπωρον ἐφεξῆς τῷ θέρει, τὸ δὲ ἔαρ χειμῶνι, καὶ οὐδὲν ἔργον αἰτίαν εὑρίσκειν. ἐν μὲν τῷ φθινοπώρῳ τὰ[1] σώματα ἄρχεται ἐμψύχεσθαι καὶ συνάγεσθαι καὶ πυκνοῦσθαι, ἐν δὲ τῷ ἦρι χαλᾶσθαι καὶ ἀραιοῦσθαι. παραπλησίως δ' αὖθις καὶ ἀπὸ τῶν ἡλικιῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐθῶν καὶ ἀπὸ τῶν χώρων λαμβάνει τὰς ἐνδείξεις τῶν σιτίων τε καὶ ποτῶν, ἃ δεῖ προσφέρεσθαι. ἕκαστον γὰρ τούτων ἤτοι ἰσχυρὸν ἢ ἀσθενῆ τὴν δύναμιν ἐργάζεται, ἤτοι πληθωρικὸν ἢ ἐνδεὲς ἢ κακόχυμον τὸ σῶμα. ὃ δὲ προστίθησιν αὐτὸς ἐν ταῖς ὀπώραις, ἀντίκειται τοῖς ἐν τῷ χειμῶνι λεγομένοις· ἐκεῖ γὰρ τὰ σιτία ἁπλᾶ, ἐνθάδε ἀκατάστατα καὶ ἀκρόδρυα καὶ οἶνοι, εἰ μὴ ὀπώραν λέγει τὸ μέσον θέρους, ὅπερ οἱ Ἕλληνες ὥραν ὀνομάζουσιν. ἐπιφέρουσι δὲ καὶ τὸ τῆς ὥρας ὄνομα τῷ φθινοπώρῳ καὶ χειμῶνι καὶ ἦρι. κατ' ἐξοχὴν δὲ ὥραν ἔτους καλοῦσιν ἐκεῖ-

1. l. II. aph. XVII.

menta offerre velis, non errabis, aeſtate vero ne univerſum multumque des, modis omnibus cavendum eſt. Ex aliis duobus anni temporibus autumnus aeſtatem conſequitur, ver hiemem, nec difficile eſt cauſam invenire; nam autumno corpora refrigerari, cogi ac denſari, vere laxari et rara fieri incipiunt. Simili quoque modo ab aetate, conſuetudine et a regionibus quispiam dandi cibi ac potus indicationes ſumpſerit; haec enim ſingula vires aut imbecillas aut robuſtas et corpus aut plethoricum aut indigens aut malis humoribus refertum reddunt. Quod vero ipſe ait: *in autumno, contrario nomine opponitur iis quae in hieme dicta ſunt*; hoc enim tempore cibi ſimplices ſunt, hoc vero inconſtantes, et item fructus arborum et vina, niſi forte *ὀπώραν* appellat medium aeſtatis, quod tempus Graeci *ὥραν* nominant. Quamquam hoc nomine appellant etiam autumnum, hiemem et ver, per excellentiam tamen *ὥραν* nuncupant eam anni partem, in qua

Ed. Chart. VIII. [573.]

νον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν οἱ καρποὶ, οὓς ὡραίους καλοῦσι, τελειοῦνται. ἡ δὲ τῶν ὡρῶν τάξις, ὡς αὐτός τε πολλάκις διὰ τῶν ἐπιδημιῶν οἵ τ' ἄριστοι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα δεινῶν ἔγραψαν, ἥδε ἐστίν· ἐπιτολὴ πλειάδος ἀρχὴ θέρους ἐστὶ, μεθ' ἣν κυνὸς ἐπιτολὴ τῆς καλουμένης ὀπώρας, ἣν δὴ καὶ αὐτὴν τὸ δεύτερον μέρος τοῦ θέρους τίθενται ἔνιοι, μεθ' ἣν ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλων ἀρχὴν ποιεῖται φθινοπώρου, κἄπειτα[1] δύσις πλειάδων χειμῶνος ἀρχὴ γίνεται. εἶτα μετὰ τὸν χειμῶνα ἰσημερία τὴν ἀρχὴν τοῦ ἦρος ἔχει, ἐν ὀπώραις οὖν ἡλιώσεις καὶ οἶνοι. ἡλιώσεις γὰρ ἀναγκάζουσι πολλάκις πίνειν καὶ ταὐτὸ τοῦτο ἐπείγουσι τὰ ἔργα, οἶνοι δέ εἰσι πολυειδεῖς· οἱ μὲν γὰρ ὑδατώδεις αὐτῶν ἐλαχίστην τροφὴν τῷ σώματι διδόασιν, οἱ δὲ παχεῖς καὶ θηΐῤῥοὶ[2] πολλὸν τρέφουσι, πολὺ δὲ μᾶλλον οἱ μέλανες. καὶ οἱ μὲν ὑδατώδεις κατ' οὖρα διαχωροῦσι τάχιστα διὰ τὸ φθάνειν τάχιστα σχεδὸν ἀναλαμβάνεσθαι ὅλοι πρὸς τὸ ἧπαρ, πρὶν

1. l. III. aph. XIV. 2. Corr. fortaſſis θερμοί.

fructus, quos horaeos vocant, ad maturitatem perveniunt. Porro ordo temporum, ut ipſe perſaepe in libris de vulgaribus morbis et qui in his rebus principem locum tenent conſcripſerunt, eſt hujusmodi. Ortus vergiliarum eſt aeſtatis initium, poſt quas caniculae ortus oporam quam vocant inchoat, quam ſecundam aeſtatis partem quidam ſtatuunt; poſt eam arcturus ſuo exortu autumni facit initium, deinde occaſus vergiliarum dat hiemi principium, quam excipiens aequinoctium veri initium tribuit, ex quo fit, ut in oporis ſint inſolationes et vina; nam mora in ſole cogit ut ſaepe homines bibant, quod etiam ad agendum impellunt opora et actiones; ceterum vinorum ſunt multa genera, inter quae ea, quae aquea nominantur, perexiguum corpori alimentum praebent, craſſa et fulva multum alunt, ac multo etiam magis nigra, aquea autem per urinas facillime ſecedunt, propterea quod tota fere quam celerrime prius ad jecur ſubvehantur, quam quid-

Ed. Chart. VIII. [573.]
τι διὰ τῆς γαστρὸς ὑπέρχεσθαι[1]. τῶν δ' ἄλλων πάντων ὅσου ὑπέρχεταί τι κατὰ τὴν γαστέρα σαφὲς ἀναλόγως τῷ χρόνῳ τῆς θρέψεως ἔχει τὴν διαχώρησιν. ἔτι δὲ διὰ τὸ χολῶδες περίττωμα καὶ αἱ ἀγρυπνίαι πολλαὶ γίνονται, ὅθεν καὶ ἡ πιμελὴ καὶ ἁπαλὴ σὰρξ ἐκτήκεται καὶ τὸ αἷμα αὐτὸ διαφθείρεται. ἐκ γὰρ τοῦ συνεχοῦς * * * * ἀλλὰ καὶ τοῖς λουτροῖς καὶ ταῖς τρίψεσιν ὠφέλειαν μεγάλην εἰς ταῦτα πάντα παρέξεις· μάλιστα δὲ ἔσεται πρὸς τὴν ἀγρυπνίαν λυσιτελῆ. ἐνοχλεῖ γὰρ οὐ μόνον ἐν τοῖς εἰρημένοις πάθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πυρετοῖς, διὸ πρὸς τοῖς ἤδη γεγραμμένοις μοι βοηθήμασι καὶ τοῦτο πάνυ θαυμαστὸν εὑρέθη, οὗ ἐπειράθην ἐγὼ πολλάκις καὶ οὔποτε * * * * δεῖ μὲν οὖν τῶν τότε ἀγρυπνούντων τὰ σκέλη καὶ χεῖρας δεσμεῖν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ καθ' ὃν ἐπὶ τὸν ὕπνον εἰώθεσαν τρέπεσθαι καὶ κελεύειν ἐγρηγορέναι, διοίγειν τέ ποτε εἰ μυήσειεν ἀναγκάζομεν τὰ βλέφαρα μέχρις ἂν ἱκανῶς κάμνωσιν. εἶτα ἐξαίφνης λύομεν τοὺς δεσμοὺς καὶ τὸν λύχνον αἴρομεν,

1. Corr. in marg. add. πρὸς τὸ ἧπαρ — ὑπέρχεσθαι.

quam per alvum defcendat; alia vero omnia, ex quibus manifeftum quid fubit per ventrem, fecedunt ad proportionem temporis quo nutriunt. Jam vero multae vigiliae ex biliofis excrementis proveniunt, quamobrem et pinguedo et tenera caro colliquatur et fanguis ipfe corrumpitur: etenim ex continua * * * * imo vero ad haec omnia valde erunt accommodata balnea et frictiones; quae quidem maxime ad vigilias valebunt, fiquidem hae non modo in morbis antedictis, fed etiam in febribus moleftae effe folent, quocirca praeter auxilia quae adfcripfi hoc perquam admirabile compertum eft, cujus ego perfaepe periculum feci et nunquam * * * * Eo igitur tempore, quo fe quieti ac fomno tradere homines folebant, crura et manus excipere vinculis oportet, tum jubemus ut excitentur, eosque palpebras aperire et connivere cogimus, donec fint abunde fatigati, tum repente vincula folvimus, lucernam auferi-

Ed. Chart. VIII. [573.]

ἡσυχίαν τε πολλὴν εἶναι κελεύομεν· κατὰ δὲ τὴν ἡμέραν ἄλλα πολλὰ ἐπιτήδεια εἶναι ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ ἀπεδείχθη, περὶ ὧν * * * *

κ'.

Ὥσπερ δὲ ἐκ τῶν ὡρέων τὰς νόσους ἐστὶ τεκμήρασθαι, ἔστι ποτὲ καὶ ἐκ τῶν νούσων ὕδατα καὶ ἀνέμους καὶ ἀνυδρίας προγινώσκειν, οἷον βόρεια, νότια. ἔστι γὰρ εὖ μαθόντι καὶ ὀρθῶς ὅθεν σκεπτέα, οἷον καὶ λέπραι τινὲς καὶ περὶ τὰ ἄρθρα πόνοι, ὕδατα ὅταν μέλλει, κνησμώδεις εἰσὶ καὶ ἄλλα τοιαῦτα.

Τῶν ὑδάτων τὰ μέν ἐστι νοσώδη, τὰ δὲ ὑγιεινά, ὅθεν ἐξ αὐτῶν κακὰ εἰκὸς γίνεσθαι καὶ ἀγαθά. ὅσα μὲν οὖν ἐστιν ἑλώδη καὶ στάσιμα καὶ λιμναῖα, ταῦτα ἀνάγκη τοῦ μὲν θέρους εἶναι θερμὰ καὶ παχέα καὶ ὀδμὴν ἔχοντα, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων,[1] ἐν ᾧ καὶ

1. lib. de aëre, aquis et locis.

mus ac multam quietem imperamus, per diem vero alia multa esse ad hanc rem accommodata in libris methodi demonstravimus, de quibus * * * *

XX.

Quemadmodum autem ex anni temporibus morbos conjectare datur, ita quandoque etiam ex morbis aquas et ventos et siccitates et aquilonares et austrinas constitutiones licet praesagire in posterum; hoc enim ei integrum erit facere qui probe ac recte didicerit unde haec consideranda sint, veluti et leprae quaedam et circa articulos dolores, ubi futurae sunt aquae, pruritum excitant et alia hujusmodi.

Aquae vel morbosae sunt vel salubres, ideo ex eis bona et mala esse proventura verisimile est, palustres igitur, stabiles, lacustres aestate calidas esse crassasque et foetentes necesse est, ut ipse in libro de aëris, aquis et

τὴν αἰτίαν λέγει κατὰ ταῦτα τὰ ῥήματα· ὅτι οὐκ ἀποῤῥεῖ, ἀλλὰ τοῦ τε ὀμβρίου ὕδατος ἐπιτρεφομένου ἀεὶ νέου, τοῦ τε ἡλίου καίοντος, ἀνάγκη ἄχροά τε εἶναι καὶ πονηρὰ καὶ χολώδη. τοῦ δὲ χειμῶνος παγετώδεά τε καὶ ψυχρὰ καὶ τεθηλωμένα, ὑπό τε χιόνος καὶ παγετῶν, ὥστε φλεγματωδέστατα. ταῦτα εἰπὼν προστίθησι τὰ νοσήματα ἐκ τούτων γινόμενα· τοῖσι δὲ πίνουσι σπλῆνας μὲν ἀεὶ μεγάλους εἶναι καὶ μεμυωμένους καὶ τὰς γαστέρας σκληράς τε καὶ θερμὰς καὶ λεπτὰς, τοὺς δ᾽ ὤμους καὶ τὰς κληῖδας καὶ τὸ πρόσωπον καταλελεπτύσθαι· ἔτι δὲ, φησὶ, τάς τε κοιλίας ξηροτάτας τε καὶ τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω ἔχειν. τουτέστι τὸν θώρακα καὶ πᾶν τὸ μετὰ τὸ διάφραγμα τῆς τροφῆς ἀγγεῖον καὶ τὰ ἔντερα. ἐφεξῆς δὲ λέγει καὶ τάδε· πρὸς δὲ τουτέοισιν οἱ ὕδρωπες καὶ πλεῖστοι γίνονται καὶ θανατωδέστατοι. τοῦ γὰρ θέρεος δυσεντερίαι τε πολλαὶ ἐμπίπτουσι καὶ διάῤῥοιαι καὶ πυρετοί τε τεταρταῖοι πολυχρόνιοι. ταῦτα εἰπὼν περὶ θέρους ἑξῆς καὶ περὶ χειμῶνος γράφει κατὰ τόνδε τὸν τρόπον. τοῦ δὲ χειμῶνος τοῖσι νεωτέροισι μὲν περιπνευμονίαι

locis docuit, quo in loco etiam caufam attulit his verbis: *quia*, inquit, *non defluunt, fed aqua pluvia femper nova accedit folque adurit, ideo decolores, pravae ac biliofae funt neceffario, hieme vero concretae, frigidae ac prae nive glacieque perturbatae ac proinde maxime pituitofae.* Quae quum dixiffet, morbos etiam ex iis profectos fubjunxit: *quique*, inquit, *eas bibunt, eorum lienes femper magni ac pleni ventresque duri et tenues et calidi funt humeri, claviculae et facies extenuata;* tum addit: *ventresque et fupernos et infernos habent aridiffimos*, hoc eft thoracem et univerfum alimenti vas quod infra feptum transverfum eft et inteftina. Deinceps vero haec quoque adjecit: *praeterea vero et aqua inter cutem plurima maximeque perniciofa oritur atque aeftate difficultates inteftinorum plures, alvique profluvia et quartanae febres diuturnae excitantur.* Quae quum de aeftate dixiffet, deinceps de hieme fcripfit ad hunc fere modum: *hieme*, in-

Ed. Chart. VIII. [573. 574.]

τε καὶ μανιώδη νοσήματα, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι καῦσοι διὰ τὴν τῆς κοιλίας σκληρότητα· τῇσι δὲ γυναιξὶν οἰδήματα ἐγγίνεται καὶ φλέγμα λευκὸν καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι μόλις καὶ τίκτουσι χαλεπῶς. πρὸς δὲ τούτοις ἔχει καὶ τάδε· τοῖσι δὲ παιδίοισιν κῆλαι ἐπιγίγνονται μάλιστα καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν κιρσοὶ καὶ ἕλκεα ἐν τῇσι κνήμῃσιν, ὥστε τὰς τοιαύτας φύσιας οὐχ οἷόν τε μακροβίους εἶναι. περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου γένους ἢ καὶ εἴδους ὑδάτων προστίθησι ταῦτα· δεύτερα δὲ, ὅσων αἱ πηγαὶ ἐκ πετρέων. σκληρὰ γὰρ ἀνάγκη εἶναι ἢ εἴτε ὅκου θερμὰ ὕδατά ἐστιν ἢ σίδηρος γίνεται ἢ χαλκὸς ἢ ἄργυρος ἢ θεῖον ἢ στυπτηρία ἢ ἄσφαλτον ἢ νίτρον. ταῦτα γὰρ πάντα ὑπὸ βίης γίνονται τοῦ θερμοῦ, διὸ πρὸς τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ὑγείαν ταῦτα ψέγει, ἄριστα δὲ εἶναί φησιν ὅσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥέει καὶ λόφων γεηρῶν, διότι ἐστὶ γλυκέα καὶ λευκὰ καὶ τοῦ χειμῶνος θερμὰ γίνεται, τοῦ δὲ θέρους ψυχρά. ἐπαινεῖ δὲ μάλιστα ὧν τὰ ῥεύματα πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ἐῤῥώγασι καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς θερινάς. ἀνάγκη γὰρ λαμπρότερά τε εἶναι καὶ

quit, *peripneumoniae et infaniae* [574] *morbi, juniores invadunt; feniores vero febres ardentes; idque propter ventris duritiam exercent; mulieribus oedemata molefta funt albaque pituita; vix in utero concipiunt ac difficulter pariunt.* Ad haec vero fubjunxit etiam alia: *pueris*, inquit, *herniae, viris varices ulceraque tibiarum praecipue oriuntur; ex quo fit ut hujusmodi naturae effe longaevae non poffint.* De altero vero aquae genere fcripfit haec: *fecundo loco cenfentur quarum fontes e petris fcatent easque duras effe neceffe eft aut ubi aquae calidae funt aut in quibus ferrum aut aes aut argentum aut fulphur aut alumen aut bitumen aut nitrum gignitur.* Quae omnia vis caloris efficit, quocirca et ad ufum et ad bonam valetudinem hujusmodi aquas vituperat; praeftantiffimas autem putat eas quaecunque e fublimibus locis et collibus terreis manant; caufa eft, quia et dulces et albae funt et hieme calidae, aeftate frigidae; eas vero laudibus ornat maxime quarum defluxiones ad ortum folis prae-

εὐώδεα καὶ κοῦφα, ἀποψηφίζει δὲ τὰ ἅλικα καὶ ἀτέραμνα καὶ σκληρὰ, ὡς πρὸς τὸ πίνειν ἄχρηστα καὶ βλαβερὰ, ὄμβρια δὲ κουφότατα καὶ γλυκύτατά ἐστι καὶ λεπτότατα καὶ λαμπρότατα. εἰκότως οὖν φησιν, ὥσπερ ἐκ τῶν ὡρέων τὰς νούσους ἐστὶ τεκμαίρεσθαι, οὕτω ποτὲ ἐκ τῶν νούσων ὕδατα καὶ τὰ λοιπά· καὶ γὰρ λιθιῶσι μάλιστα ἄνθρωποι, φησὶν ὁ Ἱπποκράτης, καὶ ὑπὸ νεφριτίδων καὶ στραγγουρίης ἁλίσκονται καὶ ἰσχιάδων καὶ κῆλαι γίνονται, ὅκου ὕδατα πίνουσι παντοδαπὰ καὶ ἀπὸ τῶν μεγάλων ποταμῶν, εἰς οὓς ποταμοὺς ἕτεροι ἐμβάλλουσι, καὶ ἀπὸ λίμνης, εἰς ἣν ῥεύματα πολλὰ ἀφικνοῦνται καὶ τὰ πνεύματα ἀλλοιοῖ μάλιστα τὰ ὕδατα. τῷ μὲν γὰρ βορέης ἰσχὺν παρέχεται, τῷ δὲ ὁ νότος. διὸ ἀνάγκη τὴν ἰλὺν καὶ ψάμμον τοῖς τοιούτοις ἐν τοῖς ἀγγείοις ὑφίστασθαι καὶ ἀπὸ τούτων πινομένων τὰ προειρημένα γίνεσθαι νοσήματα. ἵνα δὲ μὴ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι συμβαίνειν νομίζωμεν, προστίθησι τάδε· ὁκόσων μὲν ἡ κοιλία εὔροός τε καὶ ὑγιηρής ἐστι καὶ ἡ κύστις μὴ πυρετώδης, μηδὲ ὁ στόμαχος τῆς κύστιος ξυμπέπραται λίην, οὗτοι

fertim aestivum erumpunt, quod necesse sit, eas splendidas esse suavi odore praeditas et leves; damnat salsas, indomitas durasque, utpote ad potum inutiles ac noxias; aqua pluvia levissima dulcissimaque est, itemque tenuissima et limpidissima. Quamobrem merito ait: *ut ex anni temporibus facimus de morbis conjecturam, ita etiam ex morbis nos praenoscere aquas futuras et alia posse.* Nam ut est apud Hippocratem conscriptum, calculi maxime gignuntur et renum vitia homines corripiunt et lotium aegre et coxendicum dolor suboritur et herniae fiunt, quum aquas cujusque generis bibunt et ex magnis fluminibus hauriunt, in quae alii fluvii ingrediuntur et e lacu, in quem multae defluxiones derivant. Jam venti quoque aquas variant maxime; nam aliis aquilo, aliis auster vires adjungit, idcirco in hujusmodi necesse est limum et arenam in vasculis subsidere atque ex harum potu morbos antedictos exoriri; ne vero hoc de omnibus esse aquis dictum existimemus, addit haec: *quorum igitur venter fa-*

Ed. Chart. VIII. [574.]
μὲν διουροῦσι ῥαδίως καὶ ἐν τῇ κύστει οὐδὲν ξυστρέφεται· ὁκόσων δ᾽ ἂν ἡ κοιλίη πυρετώδης ᾖ, ἀνάγκη καὶ τὴν κύστιν ταυτὸ τοῦτο πάσχειν. ὁκόταν γὰρ θερμανθῇ μᾶλλον τῆς φύσιος ἐφλέγμηνεν αὐτῆς ὁ στόμαχος, ὁκόταν δὲ ταῦτα πάθῃ, τὸ οὖρον οὐκ ἀφίησιν, ἀλλ᾽ ἐν αὐτέῳ συνέχει καὶ συγκαίει, καὶ τὸ μὲν λεπτότατον αὐτέου ἀποκρίνεται καὶ τὸ καθαρώτατον διεῖ καὶ ἐξουρέεται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέστατον ξυστρέφεται καὶ ξυμπήγνυται, τὸ μὲν πρῶτον μικρὸν, ἔπειτα μεῖζον γίνεται· καὶ ταῦτά τ᾽ αὐτὸς περὶ τῶν νόσων τῶν ἐκ τῶν ὑδάτων γινομένων, ὡς ἐκ τῆς χρείας αὐτῶν τὰ εἴδη τῶν νοσημάτων γιγνώσκομεν. ὅπως δὲ ἐκ τῶν ὡρῶν ταυτὸ τοῦτο γνωρίζωμεν, οὐ παρέλιπεν αὐτὸς διὰ βραχέων εἰπεῖν ὧδε· ἂν μὲν γὰρ κατὰ λόγον, φησὶ, γένηται τὰ σημεῖα ἐπὶ τοῖς ἄστροις δύνουσί τε καὶ ἐπιτέλλουσιν, ἔν τε τῷ μετοπώρῳ ὕδατα γένηται καὶ ὁ χειμὼν μέτριος καὶ μήτε λίαν εὔδιος μήτε ὑπερβάλλων τὸν καιρὸν τῷ ψύχει, ἔν τε τῷ ἦρι ὕδατα γένηται ὡραῖα καὶ ἐν τῷ θέρει, οὕτω

cile fluit sanusque est et vesica non fervida, ac vesicae cervix non admodum simul ardescit, ii facile mingent ac nihil in vesica coacervabitur; at quorum venter fervidus est, vesicam quoque idem pati necesse est; propterea quod cum supra suam naturam sit excalefacta, ejus cervix inflammatione excipitur; his autem conflictata malis urinam non emittit, sed in se ipsa concoquit et adurit, quodque ejus tenuissimum est excernitur, quod vero purissimum est permeat ac mingitur; at quod crassissimum turbidissimumque est id coacervatur ac concrescit; ac primum quidem parum, deinde vero magis. Atque haec quidem ipse de morbis qui ex aquis oriuntur memoravit, ut ex illarum usu genera morborum cognoscamus. Quomodo autem ex anni temporibus idem nobis notum sit, non omisit ipse, quin paucis exponeret: *si*, inquit, *in astris orientibus occidentibusque signa ex ratione fient, sique in autumno pluat atque hiems moderata sit, ut neque valde clemens, neque suo frigore modum illius temporis excedat,*

τὸ ἔτος ὑγιεινότατον εἰκὸς εἶναι. ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δ' ἦρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετῶδες γίνεσθαι καὶ ὀφθαλμίας ἐμποιεῖν. ὁκόταν δὲ τὸ πνῖγος γένηται ἐξαίφνης τῆς τε γῆς ὑγρᾶς οὔσης ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν ἐαρινῶν καὶ ὑπὸ τοῦ νότου, ἀνάγκη δίπλοόν τε καῦμα εἶναι, ἀπό τε τῆς γῆς διαβρόχου τε οὔσης καὶ θερμῆς καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καίοντος. εἶτα μετ' ὀλίγον γράφει, ὥστε τοὺς πυρετοὺς εἰσπίπτειν ὀξυτάτους ἅπασι, μάλιστα δὲ τῆσι φλεβοτομίῃσι τὰς δυσεντερίας εἰκός ἐστι γίνεσθαι καὶ τῆσι γυναιξὶ καὶ τοῖς εἴδεσι τοῖς ὑγροτάτοις. καὶ ἢν μὲν ἐπὶ κυνὸς ἐπιτολὴν ὕδωρ ἐπιγένηται καὶ χειμὼν καὶ οἱ ἐτησίαι πνέωσιν, ἐλπὶς παύσασθαι καὶ τὸ μετόπωρον ὑγιεινὸν γίνεσθαι, ἢν δὲ μὴ, κίνδυνος θανάτους γενέσθαι τοῖς τε παιδίοισι καὶ τῆσι γυναιξὶ, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν ἥκιστα. καὶ πάλιν· ἢν μὲν ὁ χειμὼν νότιος γένηται καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος, τὸ δὲ ἦρ βόρειόν τε καὶ αὐχμηρὸν καὶ χειμέριον, πρῶτον μέν φησι

ac vere et aestate pluviae tempestivae decidant, tunc verisimile est annum fore saluberrimum; at si hiems sicca aquilonarisque sit, ver pluvium et austrinum, aestas illa febres lippitudinesque afferat necesse est. Quum enim aestus derepente accedat terraque adhuc humida et propter vernos imbres et propter austrum sit, tunc necessitas cogit aestum a terra humecta et calida et a sole urente esse conduplicatum. Paulo vero post haec etiam habet, ut acutissimae febres omnes homines, praesertim pituitosos invadent, verisimile etiam est difficultates intestinorum affligere et mulieres et eos quorum natura est humidior; si vero circa ortum canis et pluvia et tempestas accedant etesiaeque spirent, spes est morbos sedatum iri autumnumque salubrem fore; sin secus et pueri et mulieres periclitantur, ne de vita excedant, senibus hoc periculum minime imminet; tum vero addit: *at si hiems austrina, pluvia clemensque fuerit, ver aquilonare et squalidum et hibernum*, in primis ait mulieres partum abjicere et quae

τὰς γυναῖκας τιτρώσκεσθαι καὶ τὰς τικτούσας ἀκρατῆ καὶ νοσώδη τὰ παιδία τίκτειν. τοῖς δ' ἀνθρώποις δυσεντερίας τε καὶ ὀφθαλμίας ξηρὰς ἐπιγίνεσθαι καὶ ἐνίοις δὲ κατάῤῥους ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα· ὥστε οὐκ ἀδύνατον φαίνεται περὶ τῶν νοσημάτων προειπεῖν ὁρμηθέντας ἐκ τῶν ὡρῶν καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν μεταβολῆς· ὡς τὸν παλαιὸν ἴσμεν τε καὶ εἴπομεν γεγονέναι. τὰ δὲ ὕδατα ἐσόμενα γινώσκεται πολυειδῶς, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς σελήνης, καθάπερ Ἄρατός φησιν·

εἰ δέ κέν οἱ κεράων τὸ μετήορον εὖ ἐπινεύει,
δειδέχθαι βορέω, ὅτε δ' ὕπτια εἰσὶ, νότοιο·

καὶ τὰ λοιπά. Ἱπποκράτης δέ φησιν· ἀρκτούρου ἐπιτέλλοντος, ὡς τὸ πολὺ σὺν ἀνέμοις ψυχροῖς ὑετὸν γεγονέναι, ἀλλὰ καὶ γράφει τάδε· ὕδατα πολλὰ συνεχέα μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισιν. εἴπερ οὖν ἀληθές ἐστιν ὡσαύτως τῷ περιέχοντι

1. lib. III. de dieb. criticis.

foetum in lucem edunt eas puerulos imbecillos morbososque parere; homines vero lippitudinibus ficcis et difficultatibus inteftinorum corripi, ac nonnullos deftillationibus a capite in pulmones; quamobrem fieri poffe videtur, ut quis habita ratione temporum et eorum cognita mutatione poffit futuros morbos praedicere; quemadmodum Hippocratem feciffe et novimus et monuimus; pluviae autem futurae multis modis cognofcuntur ut a luna, velut Aratus ceciniffe videtur his verfibus:

Quum vero incedit fublimi Cynthia cornu,
Tum fegnes borea campi fpirante vigebunt;
Sin prono, terris pluvium denunciat auftrum.

Hippocrates vero ait: *arcturo exoriente pluviam cum ventis frigidis plerumque decidiffe.* Scribit vero etiam haec: *pluviae,* inquit, *multae, continuae, lenes, ut quum aufter flat.* Itaque fi verum eft, corpora animantium cum aëre

Ed. Chart. VIII. [574.]

συνεξαλλοιοῦσθαι τὰ τῶν ζώων σώματα, κατὰ μὲν τοὺς ὄμβρους ὑγρότερα γενήσονται κατὰ δὲ τοὺς αὐχμοὺς ξηρότερα, ὅθεν[1] καὶ πρόδηλόν ἐστι τὸ ψυχροτέρους καὶ φλεγματικωτέρους ἐν ταῖς ἐπομβρίαις γίνεσθαι τοὺς χυμοὺς, ὥσπερ αὖ πάλιν ἐν τοῖς αὐχμοῖς χολωδεστέρους. διὸ οὐ χρὴ θαυμάζειν, οἱ πόνοι περὶ τὰ ἄρθρα γίνονται, ὅταν τὰ ὕδατα μέλλῃ ἔσεσθαι. καὶ ἡ λέπρα, ἧς ἴσμεν περὶ τὸ δέρμα ἵστασθαι καὶ ἐνοχλεῖν, ὥσπερ καὶ τὴν ψώραν καὶ ἀλφοὺς τοὺς μέλανας καὶ λευκὴν καὶ λειχῆνας καὶ μυρμήκια καὶ τοὺς ἀκροχορδόνας καὶ τὰ τοιαῦτα. ἔγγονος δέ ἐστιν ἡ λέπρα τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ, καθάπερ καὶ ψώρα καὶ ὁ καλούμενος ἐλέφας. πάρεστι δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ κνησμὸς, τοῖς γὰρ ἀλουτοῦσι καὶ ῥυπῶσι καὶ ἀπεπτοῦσι καὶ τροφὰς κακοχύμους ἐσθίουσι κνηστιᾶν συμβαίνει. καὶ πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν ψώραις τε καὶ λέπραις, ὅτι χυμὸς ἐν τοιαύταις διαθέσεσι καὶ πλείων ἐστὶ καὶ παχύτερος καὶ μένει πλεῖστος ἐν τῷ δέρματι. ὅτε μὲν οὖν τὰ ὕδατα μέλλει, αἱ λέπραι κνησμώδεις

1. lib. III. aph. XVI.

nos ambiente immutari, certe per imbres humidiora, per squalores ficciora reddentur; ad quod accedit, ut per imbres humores frigidiores pituitosioresque fiant, sicut vicissim per squalores magis biliosi efficiantur, quae res facit ut admirari non debeamus, si dolores circa articulos oriantur, quum pluviae futurae sunt, itemque leprae quas cutem obsidere atque affligere perspectum habemus, sicut etiam scabiem, vitiligines albas et nigras et impetiginem et myrmecia et verrucas et cetera quae sunt hujus generis. Ceterum lepra ex humore gignitur melancholico non secus quam scabies et morbus qui elephas nominatur, atque his conjunctus pruritus est: nam illoti et sordidi et quos cruditas exercet et qui cibis mali succi vescuntur pruritu conflictantur; multoque magis scabiosi ac leprosi propterea quod in his affectibus humor est et copiosior et crassior et plurimum in cute manet; quocirca quum pluviae futurae sunt, leprae pruritum excitant et

εἰσὶ καὶ οἱ πόνοι περὶ τὰ ἄρθρα ἐνοχλοῦσι καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα συμβαίνειν εἴωθε.

κα'.

Καὶ τῶν ὑσμάτων οἷα ἢ διὰ τρίτης ἢ ἑκάστης ἢ διὰ περιόδων ἄλλων καὶ τὰ συνεχέα.

Οὐχ ὡσαύτως τὰ ὕασματα πίπτειν βούλεται νῦν ὁ Ἱπποκράτης, ὅπερ καὶ ἀληθές ἐστιν, ἀλλὰ παραινεῖ βλέπειν καὶ εἰδέναι, οἷα διὰ τρίτης ἢ καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἢ διὰ τετάρτης ἢ διὰ πέμπτης ἢ ἄλλης τινὸς καὶ οἷα συνεχῆ.
* * * *

κβ'.

* * * * *καὶ ἀντιπνέουσιν ἀλλήλοισιν, ἄλλοι δὲ διὰ βραχυτέρων, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ κατὰ περίοδον. ταῦτα ἔχει τῇσι καταστάσεσιν ὁμοιότητας, ἐπὶ βραχύτερον δὲ τὰ τοιαῦτα.*

dolores articulorum hominem vexant et alia hujus generis uſu venire conſueverunt.

XXI.

Et quae pluviae tertio quoque aut ſingulis diebus aut per alios circuitus et aſſiduae contingunt.

Negat hoc loco Hippocrates, pluvias eodem modo in terram decidere; quod etiam verum eſt, ſed monet ut videamus ac cognoſcamus, quae tertio quoque die aut ſingulis diebus aut quarto aut quinto aut alio quodam die aut quae continuae futurae ſunt. * * * *

XXII.

[575] *Et venti quidam per multos dies ſlant et inter ſe oppoſiti ſpirant, alii per pauciores et iidem per circuitum. Haec autem habent cum temporum conſtitutionibus ſimilitudinem, ſed talia brevius.*

Ed. Chart. VIII. [575.]

Τοὺς ἀνέμους οὕτως εἶναι κειμένους ἐῤῥέθη, ὡς τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου πνεῖν, τοὺς δὲ ἐκ τῶν δυσμῶν, τοὺς δὲ πάλιν ἐκ τῶν ἄρκτων καὶ τοὺς ἐκ μεσημβρίας. εἴπομεν δὲ ἔμπροσθεν τὸν μὲν εὗρον ἀντιπνεῖν τῷ ζεφύρῳ, τὸν δὲ βοῤῥᾶν τῷ νότῳ καὶ ἀνάπαλιν. οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἄλλοις τοῖς ἐν τῷ μεταξὺ τούτων κειμένοις· ἄλλοι μὲν οὖν περὶ τὴν ἡμέραν μᾶλλον, ἄλλοι δὲ περὶ τὴν νύκτα πνέουσιν. ὡς καὶ ἄλλοι κατά τινας περιόδους, ἄλλοι δὲ οὔ, καὶ ἄλλοι πλέον, ἄλλοι δὲ ἧττον. ὅταν οὖν ἐπὶ πλέον πνέουσι τοιοῦτοί τινες, τότε καὶ τὴν κατάστασιν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος ἀλλοιοῦσι καὶ αὐτοῖς ὁμοίαν ποιοῦσιν, ὅτε δὲ βραχύτερον, τότε καὶ οὐ πάνυ ἀλλοιοῦσιν, ἀλλ' ἕως ἂν πνέωσιν. εἰ γὰρ δυναστεύοι ὁ νότος, ὡς αὐτὸς εἶπεν, ἡ κατάστασις νότιος ἔσται. οὕτω καὶ εἰ βορέης, βόρειος, καὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς λόγος. εἰ δὲ κατὰ περίοδον τὸ πνεῦμα γένοιτο, μᾶλλον ἀνομοία ἡ κατάστασις γενήσεται καὶ πολὺ πλείονες νόσοι ἐν τῇ τοιαύτῃ ἕπονται. πλὴν γὰρ ὅτι οἱ ἄνεμοι πολλάς τε καὶ παντοδαπὰς μεταβολὰς ἐν τῷ ἀέρι

Ventos ita esse positos diximus, ut alii ab ortu solis, alii ab occasu, alii a septentrione, alii denique a meridie perflent; supra enim docuimus, eurum contra favonium flare, aquilonem contra austrum et vicissim hos contra illos; sic etiam facere alios qui medii sunt inter illos interjecti, aliqui item potius per diem, aliqui per noctem spirant, ut alii per circuitum quendam, alii secus; atque alii diutius, alii brevius. Itaque ubi plus aliqui spirarint, tunc aëris nos ambientis constitutionem immutabunt ac sibi similem reddent; quum vero minus, tum non admodum immutabunt, sed usque dum perflaverint; nam si auster dominetur, ut ipse ante dixit, austrina erit constitutio, si aquilo, aquilonaris; aliorum est eadem ratio. Si vero ventus per circuitum spiret, constitutio erit magis inaequalis et in tali caeli statu plures multo morbi orientur; praeterquam enim quod venti multas atque omnis generis mutationes in aëre faciunt, hoc acce-

Ed. Chart. VIII. [575.]

ποιοῦσιν, ἕπεται αὐτοῖς καὶ τοῦτο, ὅτι ἡ τῶν ἀνέμων ἀναλλαγὴ καὶ τῶν ζώων ἀναλλάττει τὰ σώματα. καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ εἶπεν αὐτὸς, αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα, τουτέστιν αἱ ἀλλοιώσεις αἱ[1] κατὰ τὴν κρᾶσιν αὐτῶν γενόμεναι τίκτουσι νόσους· ὡς αἱ μεγάλαι μεταβολαὶ ψύξιος ἢ θάλψιος ἢ ὑγρότητος ἢ ξηρότητος ἢ πνευμάτων ἢ ἀπνοιῶν καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν, ἅπερ εἶναι τοιαῦτα δοκεῖ.

κγ΄.

Ἢν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιοῦτον ἦν οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλεῖον καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα. καὶ ἢν μᾶλλον ἰσχυρότερα καὶ μέγιστα νοσήματα οὕτως ἐγένετο καὶ κοινότατα καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον.

Εἰκότως ταῦτα προσέγραψεν· ὡς γὰρ ταῖς βραχυτέραις μεταβολαῖς αἱ βραχύτεραι καὶ ἐλάττω ὁμοιότητες ἕπονται, οὕτω ταῖς χρονιωτέραις αἱ χρονιώτεραι καὶ μείζοσι μείζω. καὶ

1. l. III. aph. I.

dit etiam quod ventorum varietas corpora animantium immutat; atque id eſt quod ipſe ſcriptum reliquit: *mutationes temporum maxime morbos*, hoc eſt immutationes temperaturae temporum morbos excitant: cujusmodi ſunt magnae mutationes frigoris, caloris, humiditatis, ſiccitatis, ventorum, aut quum vacuitas ventorum eſt aut etiam aliarum rerum multarum, quae eſſe hujusmodi videntur.

XXIII.

Si vero annus talis diutius fuerit, qualem conſtitutionem fecerit, certe tales quoque morbi diutius erunt; ac ſi graviores fuerint, maximi quoque morbi ſic erunt et communiſſimi et ad longiſſimum ſpatium temporis.

Merito haec adjunxit; ut enim breviores mutationes faciunt, ut breviores ac minores ſimilitudines conſequantur, ſic ex longioribus mutationibus diuturniores ſimilitu-

Ed. Chart. VIII. [575.]
ἐπὶ πλεῖστον χρόνον παραμένουσαι, τἄλλα δὲ σαφῆ ἐστι καὶ μάλιστα τῷ ἀνεγνωκότι τὸν ἀφορισμὸν, οὗ ἡ ἀρχή· ἐν[1] τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται καὶ εἰ μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος εἴ, τοιοῦτον ἐὸν, καὶ τὰ λοιπά.

κδ'.

Ἐκ τῶν πρώτων ὑδάτων ὅταν ἐξ ἀνυδρίης πολλῆς μέλλει ὕδωρ ἔσεσθαι, ἐστὶ περὶ ὑδρώπων προειπεῖν. καὶ ὁκόταν τἄλλα σμικρὰ σημήια φανῇ ἐν νηνεμίῃ, ἐν μεταβολῇ.

Ἴσμεν τὸν ὕδερον ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν εἶναι νόσημα καὶ διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν χυμῶν γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς περιουσίας τῶν μοχθηρῶν ὑγρῶν. ἅπαν γὰρ αὐτὴ νόσημα δύναται γεννᾶν ἄλλο κατ' ἄλλο σῶμα καὶ

1. l. III. aph. VII.

dines cum illis conſtitutionibus et ex majoribus majores conſequuntur et ad longiſſimum temporis ſpatium perdurant; cetera perſpicua ſunt, praeſertim ei qui aphoriſmum eum perlegerit, cujus hoc initium eſt: *ſqualoribus acutae febres fiunt;* ac ſi annus talis diutius fuerit et reliqua.

XXIV.

Ex primis pluviis, ubi poſt multum ſiccitatem futura pluvia eſt, licet hydropes praedicere, et ubi talia parva ſigna in ventorum quiete in mutatione apparuerint. Colligenda igitur ſunt quae in qualibus aquis aut ventis morbi ſignificant et audiendus eſt ſi quis novit, quod tali hieme praegreſſa tale ver aut aeſtas erit.

Aquam inter cutem eſſe frigidum humidumque morbum et ex frigidorum humidorumque ſuccorum naſci redundantia perſpectum habemus, ſed oritur etiam ex nimia pravorum humorum copia. Haec enim omnia genera morborum in alio atque alio corpore, ac non ſolum aquam

Ed. Chart. VIII. [575.]

μὴ μόνον ὕδρωπας. οὐκοῦν ἀπίθανον ἐκ τῶν πρώτων ὑδάτων, ὅταν πολλὴ ἀνυδρία ἤδη γέγονε, περὶ τῶν ὑδρώπων προειπεῖν. εἰσὶ δέ τινες καὶ μάλιστα οἱ περὶ Ἐρασίστρατον, οἳ νομίζουσιν οὐδενὶ ἄλλῳ τρόπῳ συνίστασθαι ὕδερον ἢ διὰ τὸ τῇ στενοχωρίᾳ τῶν ὁδῶν κωλύεσθαι πρόσω τοῦ ἥπατος ἰέναι τὸ αἷμα. καὶ μὴ δύνασθαι συστῆναι διὰ τὸν σπλῆνα ἤ τι ἄλλο μόριον, ἀλλὰ ἀεὶ διὰ τὸν ἐν ἥπατι σκίῤῥον· καίτοι γε ὁσημέραι βλέπομεν, ἐπὶ ταῖς χρονίαις αἱμοῤῥοΐσι ἐπισχεθείσαις ἢ διὰ κένωσιν ἄμετρον εἰς ψύξιν ἐσχάτην ἀγούσαις τὸν ἄνθρωπον ταυτὸ τοῦτο γεγενῆσθαι καὶ τὰς γυναῖκας ἡ τῶν καταμηνίων παντελὴς ἀπώλεια καὶ ἄμετρος κένωσις, ὅταν αἱμοῤῥαγήσωσί ποτε αἱ μῆτραι αὐτῶν σφοδρῶς, εἰς τοῦτο τὸ νόσημα περήγαγεν. ἀλλὰ καὶ ὁ καλούμενος γυναικεῖος ῥοῦς εἰς τοῦτο ποτὲ ἐτελεύτησε τὸ πάθος. λέλεκται δὲ κατὰ τοιαύτης τῆς δόξης ἡμῖν ἐπὶ πλέον κατὰ τὸν ἄλλον καιρὸν, νῦν δὲ οὐ καιρὸς ἐλέγχειν τινὰ,

inter cutem afferre poteſt; non igitur abſurdum eſt, ex primis pluviis, quum diuturna ſiccitas jam anteceſſerit, hoc ſumere, ut de aqua inter cutem futura praedicas. Quidam autem ſunt atque in iis Eraſiſtratus in primis, qui exiſtiment, nulla alia ratione oriri aquam inter cutem poſſe, niſi quod viarum anguſtia ſanguis ultra per jecur procedere prohibeatur nec poſſe ipſam excitari vitio lienis aut alterius membri, ſed ſemper ex ſcirrho qui jecur obſideat. Et tamen quotidie videmus, ex diuturnis haemorrhoidibus ſuppreſſis vel immodica evacuatione ad extremam refrigerationem hominem ducente, hunc ipſum morbum oriri; mulieres quoque perfecta menſtruae purgationis ceſſatio et item immodica ejusdem profuſio, quum interdum ipſarum uteri ſanguinem vehementer profundunt in hunc morbum perduxit. Imo vero etiam fluor qui muliebris appellatur in hunc affectum quandoque terminavit. Contra vero hanc ſententiam nos alibi copioſius differuimus, nunc vero minime opportunum eſt, quem-

Ed. Chart. VIII. [575. 576.]
ἀλλὰ δεικτέον ὅ τι τῶν[1] ὑδέρων τις ἀθροίζει τὸ πλῆθος ὑγροῦ λεπτοῦ ἐν τῷ κάτω θώρακος χωρίῳ παντὶ, τοῦ παρακεντοῦντες ἐνίοτε τὸ ὑγρὸν ἐκκενοῦμεν. ἄλλος δὲ οὐχ ὕδατος, ἀλλὰ πνεύματος ἔχει μεστὸν τουτὶ τὸ χωρίον. καὶ τὰ ἄνω μέρη πάντα σχεδὸν διοιδισκόμενα, καὶ τοῦτον τυμπανίαν κατὰ τὴν τοῦ τυμπάνου ὁμοιότητα προσαγορεύουσιν. ἄλλος δέ τις ὅλην τὴν ἕξιν ἔχει φλέγματος μεστὴν, ὃν τινές καλοῦσι ὑποσαρκίδιον. ἐν ᾧ δὲ τόπῳ τὸ ὕδωρ κατὰ τὸ πάθημα ἤθροισται, πλὴν ὅ τι εἴρηται ἡμῖν ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν πεπονθότων τόπων, οὐκ ἂν ἦν ἄκαιρον * * * * προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς ἄλλοις σημείοις καὶ ταῖς νηνεμίαις καὶ τῇ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος μεταβολῇ· μάλιστα γὰρ πρὸς τὴν πρόῤῥησιν τῶν ἐσομένων ταῦτα συμφέρει * * * *

---

1. l. IV. de vict. rat. 111. 109.

quam reprehendere, ſed potius oſtendendum eſt, unum hydropum copiam humoris tenuis in tota thoracis inſerna regione acervare, quam interdum pungentes humorem ipſum evacuamus; alter vero hunc ipſum locum non aqua, ſed flatu plenum habet et fere omnes ſuperiores partes in eo intumeſcunt, huncque tympaniam a tympani ſimilitudine vocant; alius autem totum habitum pituitae plenum habet, quem nonnulli hypoſarcidion nominant. Ceterum quo in loco ſit collecta aqua in hoc morbi genere etſi dictum eſt nobis in quinto de locis affectis, non tamen fuerit alienum hoc quoque loco exponere. * * * * [576] Aliis autem ſignis et ventorum vacuitatibus et aëris nos ambientis mutationi adhibere mentem oportet, ſiquidem haec ad futura praedicenda conferunt vel maxime. * * * *

Ed. Chart. VIII. [576.]

κε'.

Τὰ χρώματα οὐχ ὁμοῖα ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, οὐδὲ ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισιν, οὐδὲ ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν αὐτὸς πρὸς ἑωυτὸν, οὐδὲ ἄλλος ἄλλῳ οὐδέν. σκεπτέον δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν καὶ παρεόντων καὶ ἀτρεμεόντων περὶ χροιῶν, καὶ ὅτι αἱ ἡλικίαι τῇσιν ὥρῃσιν ἐμφερέες εἰσὶ καὶ χροιῇ καὶ τρόπῳ.

Καὶ[1] ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς γέγραπται τὰς μὲν βορείας καταστάσεις τὰ σώματα ποιεῖν συνεστηκότα καὶ εὔτονα καὶ εὐκίνητα καὶ εὔχροα. δῆλον γὰρ ἀλλοιοῦσθαι τὰ χρώματα διὰ πολλὰς προφάσεις, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ ὑπομνήματι εἴρηται. καὶ γὰρ ὑπαλλάττεται διὰ τοὺς χυμοὺς ἐξισταμένους τῆς φυσικῆς ἰδέας, ἢ παλινδρομοῦντας εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος ἢ οἷον πρὸς τὸ δέρμα εἰσὶν εἱλκυσμένα. εἰσὶ δὲ καί τινες αἰτίαι, δι' ἃς ἀναγκάζονται χυμοὶ οὕτω κινεῖσθαί τε καὶ διατίθεσθαι. ἐν τούτοις δὲ θετέον καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καὶ

1. l. III. aph. XVII.

XXV.

Colores non ſunt ſimiles in anni temporibus, neque in aquilonaribus, neque in auſtrinis conſtitutionibus, neque in aetatibus; neque etiam quispiam ſecum, neque alius cum alio collatus. Conſiderandi autem colores ſunt ex iis quae praeſentia quieſcentiaque eſſe novimus et aetates ſimiles temporibus eſſe et colore et modo.

In aphoriſmis quoque ſcriptum eſt: *aquiloniis conſtitutionibus corpora cogi firmarique et expeditiora coloratioraque reddere.* Planum enim eſt colores multis de cauſis immutari, ut in primo commentario docuimus. Nam mutantur vel propter humores qui a forma naturali receſſerunt vel qui in imas corporis partes reverſi ſunt vel qui veluti ad cutem ſunt attracti. Sunt vero etiam cauſae quaedam quae humores ad tales motus talesque affectus impellunt. In his autem ſtatuendae ſunt animi perturba-

Ed. Chart. VIII. [576.]
τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος αἱ εἰς τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν μεταβολαὶ, περὶ ὧν νῦν Ἱπποκράτης λέγει· καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος διαθέσεις ἢ θερμότερον ἴσχοντος ἢ ψυχρότερον ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἢ ὠθούμενον ἐκτὸς ἢ ἔσω ἑλκόμενον τὸ αἷμα. ἔτι δὲ ἡ κακοχυμία πᾶσα τὴν ἅπαντος τοῦ σώματος χροιὰν ἀλλοιοῖ, ὡς ἐν ὑδέροις τε καὶ ἰκτέροις καὶ ἐλέφασι καὶ σπληνὸς καὶ ἥπατος πάθεσιν. ἔχεις δὲ ἰδεῖν ταυτὸν ἐν ταῖς καθ' ὁτιοῦν μόριον ἀχροίαις, αἵπερ τῇ κρίσει τῶν ὀφθαλμῶν διαγινώσκονται. καὶ ἡ περὶ πᾶν τὸ σῶμα ἢ περὶ μόριόν τι περὶ πᾶν μὲν καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰκτεριώντων, ὡς εἴπομεν, ἔχει, καὶ τῆς ἡπατίτιδος καὶ σπληνίτιδος νόσου, καί τισιν εἴδεσι τῶν ὑδρώπων. κατά τι δὲ μόριον καθάπερ ἐν μόνῃ τῇ γλώττῃ πολλάκις ὁρᾶται ἄχροιά τις. καὶ ἐν τοῖς μορίοις τοῖς ἐξ ἀποστημάτων μελανθεῖσιν ἢ πελιδνοῖς γινομένοις. ὡσαύτως δ' ἐν[1] πολλοῖς παρὰ φύσιν ὄγκους ὡς τοῖς ἄνθραξι καὶ τοῖς ἐρυσιπέλασι καὶ ἕρπησι καὶ γαγγραίναις καὶ κατὰ φύσιν χρώματα μεταβάλλεσθαι πέφυκεν.

1. Corr. δ' ἐν pro ἄν.

tiones et aëris nos ambientis in calorem et frigus mutationes, de quibus Hippocrates hoc loco verba facit, itemque affectiones corporis, in quo ſanguis vel calidior inſit vel frigidior vel parcior vel copioſior vel foras protuſus vel intro retractus; omnis praeterea malitia ſuccorum totius corporis colorem immutat, ut in morbo regio, aqua inter cutem, elephantiaſi et lienis ac jecoris vitiis uſu venit; idem in quavis particula licet intueri, praeſertim in iis vitiis colorum, quae oculorum judicio dignoſcuntur; ſive haec totum corpus ſive particulam quandam obſideant; atque in toto quidem corpore, ut in arquatis, ut diximus, res ſe habet et jecoris lienisque morbis et hydropibus; in particula quapiam, quemadmodum in lingua ſole color alienus ſaepe conſpicitur; tum vero in particulis quae propter abſceſſum vel nigricant vel livent. Simili quoque modo in multis tumoribus praeter naturam, ut in carbunculis, igne ſacro, herpete, gangraena naturales colores immutantur. Jam vero nativum

Ed. Chart. VIII. [576.]

ὑπαλλάττει δὲ καὶ τὰς κατὰ φύσιν χροιὰς καὶ ἀλφὸς καὶ λευκὴ καὶ ἐλέφας καὶ τοιαῦτα. ἔστι δὲ ἰδεῖν πολλάκις τὰς τῶν χρωμάτων μεταβολὰς περὶ τὰ σκέλη ἢ περὶ τὸ πρόσωπον ἢ σύμπαν γε τὸ ἄνω ἢ σύμπαν τὸ κάτω τοῦ σώματος. ἑώρακα δὲ ἐγώ τινος δηχθέντος ὑπὸ τῆς ἐχίδνης μεταβάλλουσαν τὴν χροιὰν ὅλην, ὡς γενέσθαι πρασοειδῆ. ἀλλὰ καὶ ἄνευ τούτου καὶ χωρὶς ἐμφράξεως ἢ φλεγμονῆς ἢ σκίῤῥου τοῦ ἥπατος τοιαύτη γίνεται κακοχυμία, ὡς τὸ σῶμα ὅμοιον ὠχρολεύκοις πόαις ὅλον ποιεῖσθαι. ἐνίοτε δὲ μολύβδῳ παραπλήσιον ἔχον τὸ χρῶμα ἢ καὶ φαιότερον· ἐνίοτε δὲ τὰς ἄλλας ἔχειν ἰδιότητας τῶν χρωμάτων, ἃς γνωρίζειν τὸν ἰατρὸν δεῖ. ὥσπερ ἐγὼ πυρόντων πολλῶν Στησιανὸν θεασάμενος ἅμα τὸ πρῶτον εἰσελθεῖν ἔνθα κατέκειτο, ἔφην αὐτὸν ἔχειν οὐκ ἀπόστασιν ἐν τῷ ἥπατι, ὡς ἡγοῦντο πολλοὶ τῶν ἄλλων ἰατρῶν, ἀλλὰ ἐν τῷ βάθει μυῶν ἀπόστημα, ὅπερ ἤδη πῦον συνείλκετο μεταξὺ τῶν τε ἐγκαρσίων καὶ τῶν κάτωθεν ἄνω φερομένων λοξῶν. οἶδας δὲ σὺ καὶ πολλοὺς ἄλλους

quoque colorem variant vitiligines quae albae quaeque nigrae appellantur et quae funt hujus generis; licet etiam faepenumero colorum mutationes in cruribus aut in facie aut in toto fuperno corpore aut toto imo intueri. Equidem hominem vidi quem vipera momorderat, in quo totus color immutatus, ut porri colorem referret confpiciebatur; quin etiam vel citra hanc caufam et fine ulla obftructione aut inflammatione aut fcirrho jecoris humores hujusmodi vitio afficiuntur, ut totum corpus fimile herbis candenti pallore infectis fiat; interdum colore fit plumbeo aut etiam magis fufco, interdum alias colorum proprietates habeat, quas noffe medicum oportet; quemadmodum ego, quum Stefianum multis praefentibus vidiffem, ut primum in cubiculum in quo decumbebat ingreffus fum, dixi ipfum habere abfceffum non in jecore, ut plerique ex aliis medicis arbitrabantur, fed in imis mufculis qui pus jam contraxerant, in medio fpatio eorum mufculorum qui per transverfum incedunt et eorum obliqui ab infer-

Ed. Chart. VIII. [576.]
σημειωσάμενόν με ἐκ τῆς χροιᾶς τὰ πάθη, οἷς οἱ κάμνοντες ἐνοχλοῦντο, οὓς ἤδη ἐν ταῖς ἰδίαις πραγματείαις ἐμνημόνευσα, ὥστε οὐκέτι χρὴ μηκύνειν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν. παραινεῖ δὲ αὐτὸς σκέπτεσθαι ἐξ ὧν φανερὰ ἤδη ἡμῖν καὶ ἐξ ὧν ἤδη ἐμπειρίαν ἔχομεν τῶν γνωρίμων ἡμῖν ἀνδρῶν εἰ τὰ παρόντα ὅμοιά ἐστι τοῖς παρεληλυθόσιν ἢ καὶ αὐξάνει ἢ μειοῦται. καὶ πότερον ἡ αὐτὴ χροιὰ, ἢ μεταβαλλομένη, καὶ πότερον ἡ ἡλικία ὁμοία ἐστὶ καὶ ἐμφερὴς τῇ ὥρᾳ καὶ τῇ χροιᾷ καὶ τῷ τρόπῳ τοῦ νοσήματος. οὕτω δὲ κελεύει κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἰς τὸ πρόσωπον καὶ τὸ κατὰ φύσιν χρῶμα εἰσβλέπειν καὶ τότε κινδυνῶδες εἶναι νομίζειν, ὅτε πολὺ τῆς φύσεως ἀποκεχωρηκὸς ᾖ, ἧττον δὲ, ὅτε τοῦτο οὐ πάνυ γεγονὸς εὑρίσκεται. εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ οὐδὲν ὅμοιος εὑρίσκεται ἄνθρωπος, ἴσθι ὅτι εἰς τὸν ἔσχατον κίνδυνον ἀφικνεῖται καὶ ἀγαπητὸν ἔσται, εἰ[1] μὴ τῷ θανάτῳ νικηθήσεται. εἰ δὲ περιεστηκὸς εἴη, χρονιωτέρα διάθεσις γενήσε-

1. l. IV. aph. XL.

nis ſurſum feruntur. Tu autem noſti me alios plerosque notaſſe ac morbos quibus conflictabantur ex ſolo colore cognoviſſe, de quibus jam in libris meis ſuo loco mentionem feci. Quocirca nihil opus eſt de eis nunc agere copioſius. Ipſe autem admonet, ſpectemus ea quae jam nobis ſint perſpicua et ea ex quibus jam peritiam nacti ſumus in iis hominibus qui noti nobis ſunt; utrum praeſentia ſint praeteritis ſimilia an vero aucta imminutave ſint; atque utrum idem ſit color an immutatus, et utrum aetas ſimilis parque ſit anni tempori et colore morbi modo. Sic etiam jubet in praeſagiis, ut in faciem et naturalem colorem intueamur ac tunc periculum imminere exiſtimemus, quum a naturali ſtatu multum receſſit; minus vero quum hoc parum eſſe factum invenimus; ſi enim ipſe ſibi nulla in re ſimilis comperiatur, ſcito eum ad extremum periculum eſſe perductum, ac bene cum illo agetur, ſi evadere mortem poterit; ſi vero ſuperſtes fuerit, ea profecto erit diuturnior affectio, idque ipſe con-

Ed. Chart. VIII. [576.]

ται, καθάπερ εἶπεν αὐτός· ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολὴ καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται ἢ αὖθις θερμαίνηται ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γένηται, μῆκος νόσου σημαίνει. καὶ περὶ τούτων ἅλις. μεταβήσομεν δὲ πρὸς τὰς ἐχομένας ῥήσεις, ἵνα τὸ τέλος τούτῳ τῷ ὑπομνήματι εὐκαίρως θήσομεν.

κστ'.

Οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι οὔτε περιπνευμονίῃ οὔτε φαγεδαίνῃ οὔτε δοθιῆσιν οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται, ἴσως δὲ οὔτε λέπρῃσιν, ἴσως δὲ οὔτε ἄλλοισιν.

Αἱμοῤῥοΐδες εἰ καὶ δύνανται πάντας ἀνθρώπους τε καὶ ἐν πάσαις ἡλικίαις ἐνοχλεῖν καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους, ἀλλ' ὅμως οἰκεῖον ὄντως εἰσὶ τῆς τῶν παρακμαζόντων ἡλικίας πάθος, ὥσπερ αἱ μελαγχολίαι. γίνονται γὰρ ὑπὸ με-

firmavit, quum dixit: *cum toto corpore mutationes accidunt*, et ſi corpus refrigeretur ac viciſſim calefiat vel color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem ſignificat. Sed de his hactenus. Ad ſequentes autem dictiones transeamus, ut huic commentario finem commode et opportune imponamus.

XXVI.

Qui haemorrhoides habent ii neque pleuritide, neque pulmonis inflammatione, neque phagedaena, neque furunculis, neque terminthis, fortaſſis vero neque lepra ac fortaſſis neque vitiliginibus corripiuntur.

Haemorrhoides quamvis omnes homines omnemque aetatem et omni in tempore anni vexare queant, tamen revera ſunt affectus aetatis declinantis proprii non ſecus quam melancholiae; fiunt enim ab atra bile quae ad ve-

λαίνης χολῆς, ἐπειδὰν[1] εἰς τὰς κατὰ τὴν ἕδραν φλέβας ἀθροώτερον κατασκήψῃ. διὸ καὶ τοῖς μελαγχολικοῖς καὶ τοῖς νεφριτικοῖς ἐπιγενόμεναι αἱμοῤῥοΐδες θεραπεύειν εἰώθασιν, ὅπερ[2] οὐ μόνον λόγῳ κενώσεως, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν κενωμένων ποιότητι ἐργάζονται. κενᾶσι γὰρ τὸ αἷμα παχὺ μεστὸν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ, ὃν ἡμεῖς οἷον τρύγα καλοῦμεν. ἐπειδὴ οὖν τὴν οἷον ἰλὺν τοῦ αἵματος ἐκκενοῦσιν, εἰκότως[3] δι᾽ αὐτῶν ἡ μελαγχολία ἰᾶται. τοσαύτην δὲ τοιαύτη κένωσις ἔχει δύναμιν, ὡς οἱ μὲν εἰωθότες δι᾽ αὐτῶν ἐκκενοῦσθαι πᾶσαν ἐπισχεῖν θέλωσι καὶ οὕτως ὡς οὐδεμία διαφυλαχθῇ κίνδυνον εἶναι, πολλὰ καὶ δυσίατα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὸν ὕδερον ἢ τὴν φθίσιν ἐπιγενέσθαι. τούτου δὲ αἴτιόν ἐστιν ὅτι διὰ τὸ πλῆθος ἀναστομοῦνται φλέβες ἐκεῖναι κατὰ τὴν ἕδραν. καὶ ὑφ᾽ ἥπατος ὑποτίθεται εἰς αὐτὰς ἠλιῶδές τε καὶ μελαγχολικὸν αἷμα. τῆς δὲ φορᾶς ταύτης κωλυθείσης τὸ ἧπαρ σκιῤῥῶδες ἅμα γίνεται καὶ τῷ πλή-

1. l. III. aph. XXX. 2. l. VI. aph. XI. 3. l. VI. aph. XII.

nas fedis uberius cumulatiusque decumbit; quocirca quum melancholicis et vitio renum laborantibus fuperveniunt, curare eas folent, quod non folum ratione evacuationis, fed etiam humoris qui evacuatur, qualitate faciunt; effundere enim craffum fanguinem humoris melancholici plenum folent, qualem nos fecem in vino appellamus. Itaque quum haemorrhoides veluti fecem fanguinis evacuent, merito fit ut melancholiam curent; haec autem evacuatio tantam vim habet, ut qui foliti funt per eam partem evacuari, fi totam excretionem cohibere velint atque ita ut ne una quidem haemorrhois aperta fervetur, periculum fubeant, ne [577] poftea multos infanabilesque morbos, praefertim vero aquam inter cutem et tabem patiantur; hujus rei caufa eft quia venae illae propter plenitudinem in fede aperiantur et ad ipfas fanguis feculentus et melancholicus a jecore rejicitur; fi quis igitur hanc viam illi praecluferit, tum fcirrhum jecur contrahet, tum mul-

Ed. Chart. VIII. [577.]

θει τε καὶ τῷ πάχει βαρύνεται, ὅθεν ἡ θερμασία αὐτοῦ κατὰ μικρὸν μειοῦται καὶ οἷον ἀποσβέννυται, ὥστε τὴν αἱμάτωσιν χρηστὴν οὐ γίνεσθαι. δῆλον δὲ ὅτι ὕδρωψ ἀποτυχίᾳ τοῦ αἵματος ἀποτελεῖται, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν αὐτὴν ἐπίσχεσιν ἡ φθίσις γίνεται, τοῦ ἥπατος ἀπωθοῦντος τὸ πλῆθος ἐπὶ τὰς ἐν τῷ πνεύμονι φλέβας καὶ τοῦ ἀγγείου ἐνταῦθα ῥαγέντος. λύονται[1] γοῦν[2] ταῦτα τὰ παθήματα τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγενομένων, ἢ καὶ μιᾶς διαφυλαχθείσης ἀνεωγμένης. ὡς καὶ διὰ τῶν[3] κυρσῶν ἴσμεν ποτὲ καὶ τὴν μελαγχολίαν πεπαῦσθαι. καὶ τοῦτο δι' αὐτὴν αἰτίαν. εἰσὶ γὰρ κυρσοὶ ἀνευρέσεις τῶν φλεβῶν τῶν ἐν τοῖς μηροῖς καὶ σκέλεσιν ἀπὸ παχέος καὶ μελαγχολικοῦ αἵματος γενόμενοι. οὗπερ εἰς τὰ ἀκυρώτερα μέρη ὠθούμενον ἡ μελαγχολία λύεται. μεγίστη γὰρ ὠφέλεια ἐκ τοιαύτης τῆς κενώσεώς ἐστι· καὶ εἰ μή σοι παρακαλέσαντι γραφῆναι ταῦτα τὰ ὑπομνήματα διὰ ταχέων ἀπαγομένῳ τε πρὸς τὴν ἀποδημίαν γράφοιμι. πολλὰ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν σοι καὶ διηγήσασθαι

1. *Corr.* λύονται pro λεῖον τε. 2. l. VI. aph. XXI. 3. l. VI. aph. XLVII.

titudine ac craſſitudine gravatum reddetur; unde ejus calor paulatim minuetur et quaſi exſtinguetur, atque ita bonum generare ſanguinem non poterit. Perſpicuum autem eſt aquam inter cutem fruſtrata ſanguinis procreatione effici; propter eandem vero cohibitionem tabes fit, quum jecur plenitudinem in venas pulmonis protrudit et vaſculum inibi ruptum eſt; his porro morbis homines liberantur, ſi haemorrhoides ſuperveniant aut etiam ſi una adaperta ſit conſervata, qua ſane ratione ſcimus etiam melancholiam interdum varicum beneficio ſedatam eſſe, idque ob eandem cauſam eveniſſe; ſunt enim varices venarum quae in cruribus et femoribus ſunt, dilatationes a craſſo et melancholico ſanguine factae, quo in partes ignobiliores detruſo fit melancholiae ſolutio. Maximus enim ex hac evacuatione fanctus exiſtit, ac niſi hos commentarios te rogante ac diſcedere properante celeriter et brevibus conſcribendos recepiſſem, multa ſane eaque ad-

περὶ τῶν αἱμοῤῥοΐδων θαυμαστά. νῦν δὲ ἀναγκασθεὶς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις τήνδε τὴν ἐξήγησιν ποιεῖν, ἓν μόνον παράδειγμα παραγράψω. ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸ πρῶτον, ὅταν, ὡς οἶσθα, ἕτεροι πάντες ἠνέδρευσαν ἐμοί· ἦν δὲ καὶ ἔνδοξος καὶ πλούσιος ἀνὴρ Λεύκιος ὁ Μάρτιος, ὃς μελαγχολίᾳ ἡλίσκετο καθ' ἕκαστον ἔτος. θαυμαστὸν δὲ ἦν ἰδεῖν ἄνοιάν τε ἅμα καὶ ἀμάθειαν καὶ τὴν ἀσέλγειαν τῶν ἐκείνων τῶν ἰατρῶν, οὓς τότε πάντες ἐν τοῖς πρώτοις εἴθουν. ἄλλοι μὲν γὰρ φλεγματώδεις, ἄλλοι δὲ πικροχόλους ἐκενοῦντο χυμούς. Λεύκιος δὲ οὐδὲν πρὸς ἀγαθὸν ἐπιδιδοὺς, ἀκούων περὶ ἐμοῦ, εὐθὺς[1] ἐκάλεσέ με, ὅπως δὲ αὐτὸς περὶ τῆς γενέσεως τοῦ πάθους καὶ θεραπείας διαλέγοιμι. ἐγὼ δὲ παρελθὼν ἐκ τοῦ χρώματος μόνον τεκμαιρόμενος τὸν ἐνοχλοῦντα μελαγχολικὸν χυμὸν ἔγνων καὶ ἐκένωσα, καὶ παραχρῆμα ἐπαύσατο τῆς μελαγχολίας. καὶ συνεβούλευον ταὐτὸ καθ' ἕκαστον ἔτος τοῦ ἦρος καὶ εἰ χρὴ τοῦ φθινοπώρου ποιεῖσθαι, ἀπαγγει-

1. l. I. de loc. aff. V.

mirabilia mihi ſuppeterent, quae de haemorrhoidibus afferrem atque exponerem; nunc vero cum ſim coactus, hanc explicationem paucorum dierum curriculo conficere unum ſolum exemplum ſubjungam. Eram Romae primum quum, ut tu ſcis, ceteri omnes mihi inſidiabantur; erat etiam vir quidam praeclarus ac fortunatus L. Martius, qui quotannis incidere in melancholiam conſueverat; erat porro admirabile videre dementiam ſimul et inſcitiam et temeritatem illorum medicorum, quibus eo tempore cuncti principem locum tribuebant; alii enim pituitoſos, alii biliosos humores evacuabant; at Lucius quum nihil proficeret nec meliusculus eſſe inciperet, ac de me eſſet ad ipſum perſatum, ſtatim me advocandum cenſuit, ut ego quoque et de origine et de curatione morbi diſſererem. Ego vero acceſſi et ex ſolo colore feci de noxio humore conjecturam ipſumque eſſe melancholicum cognovi; itaque eum ipſum evacuavi, et ſtatim Lucius eſt melancholia liberatus; hoc praeterea illi conſilii dedi, ut ſingulis annis verno tempore, ac ſi opus etiam fuiſſet, autumno idem

Ed. Chart. VIII. [577.]
λάμενος οὐκέτι αὐτὸν τὸ πάθος ἁλίσκεσθαι. ὅπερ ἐκεῖνος ποιῶν τὴν ἐμὴν φωνὴν ἐκ τρίποδος χρυσηλάτου εἶναι καὶ νῦν[1] φησι. τοῦτο μὲν οὖν γίνεται ἢ διὰ τῆς φλεβοτομίας ἢ διὰ φαρμάκου ἢ καὶ διὰ τῆς ἀναστομώσεως τῶν αἱμοῤῥοΐδων, ὃ καὶ ἀσφαλέστερόν ἐστι. διὸ συνήθους οὔσης τῆς κενώσεώς τινι, εἶτα ἐπισχεθείσης ἡ μελαγχολία εἴωθε συστῆναι. καὶ εἰ καταφρονῶν τίς με φθάσειε καθαρθῆναι, ἀνάγκη τῶν τοῦ πάθους συμπτωμάτων αἰσθάνεσθαι. ἕπεται[2] δὲ καὶ ὅσα αὐτὸς εἶπεν ὡς ἀποσκήψιες ἢ ἀποπληξία τοῦ σώματος ἢ σπασμὸς ἢ μανία ἢ ἄλλα ἀνιαρὰ πάθη. ὅταν ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς ἐπὶ πλέον ἤτοι συγκαυθεὶς ἢ διασαπεὶς ἐπικτήσεται κακοηθῆ δριμύτητα. ὅτι μὲν οὖν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἐχομένῳ συντελεῖ ἡ αἱμοῤῥοῒς οὐκ ἔτι πάντες γινώσκουσι, καίτοι Ἱπποκράτους σαφῶς διδάξαντος, ἀλλὰ τοῦτο μόνοι ὅσοι γνησίως τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ὡμίλησαν, μεμαθήκασι παρ' αὐτοῦ, πῶς μὲν αἱμοῤῥοῒς γίγνεται, πῶς

1. Corr. καὶ νῦν pro κενήν. 2. l. VI. aph. LVI.

faceret, eique recepi fore ut poftea eodem morbo non corriperetur; quod quum feciffet, meam vocem ex aureo Apollinis tripode miffam etiam hodie praedicat. Ea autem evacuatio fit aut venae fectione aut medicamento aut haemorrhoidibus referatis, id quod etiam tutius eft; ex quo fit ut cum haec evacuatio fit alicui confueta, tum vero fuppreffa, exiftere melancholia foleat; ac fi quis id parvi faciat nec prius corpus expurget, eum fymptomata hujusce affectus perfentifcere neceffe fit. Sed confequuntur ea etiam omnia quae ipfe memoravit, ut abfceffus, morbus attonitus, convulfio, infania aut alii affectus, quorum nulla poffit inveniri levatio, quum humor melancholicus plus vel aduftus vel putris redditus malignam acrimoniam contraxerit. Ceterum conferre haemorrhoidas ei quem atra bilis occupat non jam omnes norunt, quamvis hoc Hippocrates aperte doceat, fed illi foli ab ipfo didicerunt, qui in ejus libris funt vere legitimeque verfati; quomodo haemorrhoides varicesque gignantur ac non

Ed. Chart. VIII. [577.]

δὲ καὶ κυρσός. καὶ ὅτι οὐκ ἀεὶ δεῖ ἕκαστον τούτων κωλύειν, ὅτε ἤδη συστῇ. ἀλλά[1] ὅτε συνεργεῖν ἢ τῆς φύσεως ἡσυχαζούσης αὕτη τὸ πᾶν διατρέπει,[2] ὅτε οὕτω συμφέρει. οἱ[3] γὰρ ταῦτα μαθόντες μὴ μόνον οὐ σπεύδουσι τὴν αἱμοῤῥοΐδα πρὸ τοῦ καιροῦ ἰᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μηδ᾽ ὅλως οὖσαν ποιοῦσι, καὶ τίς ἀγνοεῖ, εἰ πολλοὺς μελαγχολήσαντας καὶ ἐκμανέντας ἐπὶ τοιαύταις ἐκκρίσεσιν ἰατρῶν ἀμαθίᾳ κωλυθείσας; ἄλλοι δέ τινες πλευρίτισι καὶ νεφρίτισιν ἑάλωσαν. ἄλλοις δὲ συνέβαινεν ὁ τοῦ αἵματος ἐκ γαστρὸς ἔμετος ἢ καὶ διὰ βῆχα ἐκ τοῦ θώρακος ἢ καὶ παραπληγίαις[4] ἢ ὑδέροις ἀπώλοντο. διαφυλάττειν οὖν χρὴ τὰς αἱμοῤῥοΐδας ὡς ἰωμένας τὰ μελαγχολικὰ πάθη. τῷ γὰρ ὄντι μελαγχολίας ἤδη γεγενημένης ἴαμα μέγιστόν ἐστιν αἱμοῤῥοῒς, μελλούσης ἔσεσθαί γε κώλυμα. διὸ εἶπεν[5] αὐτὸς τοῖς μελαγχολικοῖς αἱ αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγενόμεναι ἀγαθόν. καὶ πάλιν, τοῖς μαινομένοις

1. *Corr.* vult ὅτι ante ὅτε interponi. 2. *Corr.* διατρέπειν. 3. *Corr.* οἱ pro εἰ. 4. l. IV. aph. XXV. 5. l. VI. aph. XI.

ſemper opus eſſe has ipſas prohibere, quum jam conſtiterint, ſed quandoque ſimul adjuvandum eſſe aut quum natura quietem agit, ei totum eſſe negotium committendum, quando ſic fore utile videatur; qui enim haec didicerunt, tantum abeſt ut haemorrhoidas ante tempus curare feſtinent, ut vel ipſi eas quae penitus non ſunt efficere ſtudeant; ac quis tandem ignorat plerosque in melancholiam inſaniamque hiſce excretionibus inſcitia medicorum ſuppreſſis incidiſſe? Alii dolore lateris, alii renum vitiis correpti ſunt, aliis accidit ut ſanguinem e ventriculo vomerent aut ex pectore tuſſi rejicerent aut paraplegia aut aqua inter cutem oppreſſi interirent; quocirca ſervandae haemorrhoides ſunt, utpote quae melancholicos affectus curent. Enimvero ejus melancholiae quae jam conſtiterit maximum eſt in haemorrhoidibus remedium; futuram vero eaedem prohibent; ideo fuit ipſius ſententia haec: *melancholicis haemorrhoides ſupervenientes bono ſunt*; itemque haec: *inſanis ſi varices aut haemor-*

Ed. Chart. VIII. [577.]

κυρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων[1] ἐπιγενομένων τῆς μανίης λύσις. τὸ μὲν οὖν τὰς μελαγχολίας τε καὶ μανίας ὑπὸ τῶν αἱμοῤῥοΐδων ὠφελεῖσθαι τῶν ἐναργῶν φαινομένων ἐστί. καὶ ὅτι ὠφελεῖ μὲν γινομένη, βλάπτει δὲ ἐπισχεθεῖσα· καὶ ὅτι ἀναστομοῦν αὐτὴν χρὴ, ὅτε μύσειε· καὶ τοῦτ' ἔστιν, ὅπερ γέγραφεν αὐτὸς κατὰ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν, μελαίνης[2] χολῆς ὡς ὅμοιον αἱμοῤῥοΐδι. ἰστέον δὲ μὴ διὰ παντὸς ἀγαθὸν εἶναι τὸ αἷμα κάτω διὰ τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἐκλυθὲν, ἀλλὰ ὅταν ἐκκενοῖ τὰ μέλανα καὶ ὅταν ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου ἀθροίζῃ πολὺν τὸν τοιοῦτον χυμόν. ἄλλως δὲ οὐκ ἐπιτρεπτέον ἐθίζεσθαι τῇ τοιαύτῃ κενώσει, ἐπειδὴ σφαλερὰν ἔχει τὴν ἀμετρίαν ἑκατέρα, ἔν δὲ τῷ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐκκρίνεσθαι, κἂν τῷ ἴσχεσθαι ὅλως· ἐν γὰρ τῇ ἀμετρίᾳ φοβοῦμεν μὴ τοσοῦτον ἐκκενωθῇ τὸ σῶμα ὡς τὸν ἄνθρωπον ἐξαίφνης ἀπόλλυσθαι ἢ ὕδρωπα ἀποτελεῖσθαι ἢ καχεξίαν ἐμποιεῖν. ἔμπαλιν δὲ τοὺς ἐξ ἐπισχέσεως τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἠθροικότας αἷμα φλεβοτομεῖν δεῖ, ἵνα μὴ εἰς

1. l. VI. aph. II. 2. l. IV. aph. XXV.

rhoides ſupervenerint, inſaniae ſolutio. Melancholias igitur atque inſanias ex haemorrhoidibus levari evidenter conſtat, atque adjumento eſſe haemorrhoidas apertas; nocere vero quae ſuppreſſae ſint, et aperiendas eſſe, ſi claudantur, atque id eſt quod ipſe libro ſexto de vulgaribus morbis ſcriptum reliquit: *atrae bilis ut ſimile per haemorrhoidas profluat.* Scire tamen convenit non ſemper boni conſulendum eſſe, ut ſanguis per infernas partes ex haemorrhoidibus effluat, ſed tum denique quum nigra excernuntur et quum hominis natura multum humoris hujusmodi accumulat; alioqui natura non eſt tali evacuationi aſſuefacienda, quippe quae utrumque exceſſum periculoſum habeat et quum ſanguis ultra modum excernitur et quum et toto cohibetur. Nam in immodica evacuatione veremur ne homo derepente moriatur aut hydrops fiat aut malum habitum contrahat, contra vero iis qui ex cohibitis haemorrhoidibus ſanguinem coacervant, ſecare venam oportet, ne in magnum aliquem morbum cadant;

Ed. Chart. VIII. [577.]

μέγα τι νόσημα πίπτωσιν. ἐνδέχεται μὲν γὰρ αὐτοὺς ἐπιτηδείους μὲν εἶναι πρός τι μέγα πάθος, οὐδέπω δὲ [1] πεπονθέναι διὰ τὴν ὑπὸ τῶν αἱμοῤῥοΐδων κένωσιν. ἀλλ' οὐκ ἀεὶ σκοποὺς ἔχομεν τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ἀσφαλῶς αἷμα ἀφαιρεῖσθαι. διὸ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων ἔχεις γεγραμμένον, καὶ ἀεὶ μίαν καταλίμπανε. καλῶς μὲν οὖν εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης τοὺς τὰς αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντας οὔτε εἰς τὴν πλευρῖτιδα οὔτε περιπνευμονίαν οὔτε φαγέδαιναν οὔτε δοθιῆνα οὔτε τέρμινθον ἐμπίπτειν. αἴτιον δὲ ὅτι ἡ κακοχυμία, ἧς ἔκγονοί εἰσιν αἱ νόσοι τοιαῦται, διὰ τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἐκκενοῦνται. νῦν δὲ λέγει φαγεδαίνας τὰ ἕλκη τὰ διαβιβρωσκόμενα, ἅπερ [3] ἅπαντα ἀεὶ μείζω καὶ χείρω γίνεται. καὶ οὕτως ἐκάλουν αὐτὰ οἱ παλαιοί. ὕστερον δὲ ἔνιοι ἐπεχείρησαν προσηγορίαις ἕκαστον διορίζεσθαι, τὰ μὲν αὐτῶν χειρώνια καλοῦντες, τὰ δὲ τηλέφια, φαγεδαίνας δὲ ἄλλα. ἡμεῖς δὲ τὰς φαγεδαίνας ὀνομάζομεν ὅσα

1. Corr. οὐδέπω δὲ. 2. l. IV. de rat. vict. 124. 3. l. VI. aph. IV.

fieri enim poteſt ut apti ſint ad magnum quempiam affectum contrahendum, nondum tamen adhuc propter evacuationem ex haemorrhoidibus quidquam patiantur. Verum non ſemper nobis ſcopi ſuppeditant ut ſanguinem detrahere tuto poſſimus; quamobrem in quarto de ratione victus in morbis acutis ſcriptum eſt unam haemorrhoida ſemper eſſe relinquendam. Recte igitur ab Hippocrate dictum eſt: *eos qui haemorrhoidas habent neque dolore lateris, neque peripneumonia, neque phagedaena, neque furunculis, neque terminthis corripi;* cauſa eſt quia vitioſitas humorum, ex qua hujusmodi morbi oriuntur, per haemorrhoidas excernitur. Phagedaenas autem nunc vocat ulcera exedentia, quae omnia ſemper majora deterioraque redduntur, atque ea ita veteres appellabant; quidam vero poſtea ipſa diſtinguere conati ſunt et quaedam chironia et quaedam Telephia, quaedam etiam phagedaenas nominarunt; nos vero phagedaenas vocamus omnia ulcera

Ed. Chart. VIII. [577.]

τῶν ἑλκῶν τὴν ὑποκειμένην διαφθείρει σάρκα· ὅταν δὲ ἐπιπολῆς ᾗ καὶ κατ᾽ αὐτὸ τὸ δέρμα, ἕρπητας. ἄνθραξ δὲ καλεῖται ἕλκος ἐσχαρῶδες ἅμα πολλῇ τῇ τῶν πέριξ σωμάτων φλογώσει. δοθιῆνας[1] δὲ λέγει τοὺς ὄγκους ἐκ παραπλησίων τοῖς ἰόνθοις χυμῶν γινομένους. οὗτοι γὰρ, καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα διττοί πώς εἰσι. καὶ ἔνιοι μὲν σκληροὶ καὶ δύσπεπτοι, ἔνιοι δὲ φλεγματώδεις. ἅπτεται δὲ ἐνίοτε ὑπὸ τούτων ὁ πυρετὸς καὶ αὐτοὶ εἰς μέγεθος αἱροῦνται καὶ εἰς πῦον μεταβάλλονται. τερμίνθοι δέ εἰσιν ὑπεροχαὶ ἐπὶ τοῦ χρωτὸς συνιστάμεναι, στρογγύλαι, μελανόχλωροι, ἐοικυῖαι τερεβίνθου καρπῷ. περὶ δὲ τῶν ἐπὶ τῷ τέλει ῥημάτων ἄδηλον ἢ ἀλλοισιν ἢ καὶ ἀλφοῖσιν γραφῆναι χρή. ἑκάτερον γὰρ οἰκεῖον τῇ ῥήσει, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἀλφοὶ ἐκ τῆς κακοχυμίας τῆς ἐν τῷ δέρματι οὔσης γίνονται, ὥσπερ καὶ περὶ λέπρας δῆλόν ἐστι.

---

1. in marg. vel δοθιῆνας.

quae subjectam carnem corrumpunt, quum vero in superficie aut in ipsa cute consistunt, herpetes nuncupamus, ut carbunculus dicitur ulcus crustam excitans cum magna partium vicinarum inflammatione. Furunculos porro vocat eos qui ex similibus humoribus veluti rari generantur. Sunt autem per universum corpus duplices, alii duri et qui aegre concoquuntur, alii pituitosi, hi autem interdum febrem accendunt ipsique in magnitudinem attolluntur et in pus commutantur. Terminthi vero sunt eminentiae in cute consistentes, rotundae, colore ex nigro et viridi, similes ciceris fructui. De verbis autem quae in extrema oratione scripta sunt incertum est, scribendumne sit, neque aliis, an vero neque alphis, quum utrumque sit huic loco accommodatum, quando alphi quoque, hoc est vitiligines, ex humorum vitio quod in cute sit, quemadmodum etiam de lepra planum est, oriuntur.

Ed. Chart. VIII. [578.]

κζ'.

Ἰητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως συχνοὶ, τοῖσι τοιούτέοισι οὐ βραδέως ἥλωσαν καὶ ὀλέθρια οὕτως.

Εἴρηται ἤδη ἡμῖν δεῖν τοὺς καθ' ἕκαστον ἔτος ἢ καὶ κατὰ περιόδους ἢ καὶ πολλὰς ἡμέρας ἐνοχλουμένους τῇ τῶν αἱμοῤῥοΐδων κενώσει, μηδὲ ἐπισχεῖν αὐτίκα αὐτὴν, μηδὲ πάσας τὰς αἱμοῤῥοΐδας ἀφαιρεῖν, ἀλλὰ εἴ τις ἰᾶσαι ἐθέλοι, τὸν αὐτὸν τοῦτο ποιεῖν ἢ τμηθείσης φλεβὸς ἢ διὰ φαρμάκου κενοῦν τὸ σῶμα καὶ μήποτε πάσας ἀναιρεῖν, μίαν δὲ σώζειν, ἵνα σύνηθες γένηται ἔκκρισις. αὐτὸς γοῦν φησι τοὺς ἰατροὺς ἐκείνους ἀναίρως καὶ κακῶς θεραπεύεσθαι, ὅσοι μήτε διὰ φλεβοτομίας μήτε διὰ τῶν ὑπαγωγῶν φαρμάκων ἢ διὰ γυμνασίας τὴν κένωσιν ἐργάζονται, ἀλλὰ πάσας ἅμα ἐξαιροῦσι καὶ μηδεμίαν ἀφιᾶσι.

XXVII.

[578] *Intempeſtive tamen curati frequentibus ejusmodi morbis non multo poſt correpti ſunt, iisque ita pernicioſis.*

Eſt jam a nobis ante dictum, eos qui ſingulis annis et quodam temporum circuitu aut per multos dies evacuatione haemorrhoidum vexantur, neque eam evacuationem quam primum compeſcere, neque omnes auferre haemorrhoidas oportere, ſed ſi quis curare eas velit, id ipſum efficere aut venae ſectione aut medicamento corpus evacuare ac nunquam omnes adimere, imo potius, ut conſueta fiat excretio, unam relinquere. Ipſe autem ait, eos medicos et importune et male curare, qui neque venae ſectione, neque medicamento alvum ſubducente, neque exercitationibus evacuationem moliuntur, ſed omnes ſimul oblatas volunt nec ullam relinquunt.

κη'.

Καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες, οἷον σύριγγες, ἑτέρων ἄκος.

Περὶ τῶν ἀποστάσεων ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν εἰς τὸ προγνωστικὸν βιβλίον ὑπομνήματι γράφεται ἐπὶ πλέον καὶ μὴ δέον ἐστὶν ἐκεῖνα καλῶς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐνταῦθα εἰρημένα μεταφέρειν ἐνθάδε. ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν ἐῤῥέθη πολλὰ καὶ ἑξῆς εἰρήσεται. παράδειγμα δὲ προστίθησιν, ὅπερ εἶναι ἄκος τῶν ἄλλων φησὶν, οἷον σύριγγες. ἐστὶ γὰρ σῦριγξ κόλπος ἐξ ἀποστημάτων τὰ πολλὰ συνιστάμενος. ὀνομάζεται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν καλαμίνων συρίγγων. καὶ εἰ σῦριγξ εἰς ὀστοῦν καταλήγει, τῶν ἀδυνάτων ἐστὶν αὐτὴν ἄνευ χειρουργίας ἰαθῆναι. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἀδύνατον· εἰ δὲ καὶ μέχρι τοῦ ὀστοῦ ἀφικνῆται καὶ τῷ χρόνῳ λεπὶς αὐτομάτως ἢ καὶ ὀστοῦν ἀποσταίη, τότε ὑπὸ τῶν ἰαμάτων ὠφεληθήσεται. εἰ δὲ μὴ καταλήγει εἰς ὀστοῦν, διὰ τῶν ἐκτυλωτικῶν τε καὶ κολλητικῶν ἰαθήσεται φαρμάκων, καθάπερ ἡμεῖς ἐν τῇ θεραπευτικῇ πρὸς Γλαύκωνα μεθόδῳ εἰρήκαμεν. κατὰ

XXVIII.

Et quicunque alii abſceſſus, ut fiſtulae, aliorum medela ſunt.

De abſceſſibus actum eſt copioſius in ſecundo in praeſagia commentario, nec decet ut quae illic mea quidem ſententia recte dicta ſunt, huc transferamus, quin etiam de eisdem ſupra prolixa habita eſt oratio et deinceps habebitur; exemplum autem ſupponit, quod eſſe remedium aliorum ſcribit, *ut fiſtulae.* Eſt autem fiſtula ſinus qui fere ex abſceſſibus conſtat, ita enim appellatur per translationem a fiſtulis arundinum ductam, ac ſi in os fiſtula deſinat, ſine opera chirurgi curari nullo modo poteſt, ſecus vero poteſt; ſi vero ad os uſque perveniat et progreſſu temporis ſquama ſua ſponte ut etiam os abſcedat, tum medicamenta proderunt. Si vero in os non deſinat, tum medicamentis iis quae callos adimunt et in quibus agglutinandi vis ineſt curabitur; quemadmodum nos in libro de ratione curandi ad Glauconem docuimus. In

Ed. Chart. VIII. [578.]
γοῦν τοιαύτην σημασίαν ἔγραψεν Ἱπποκράτης ἀλλαχοῦ, ὅσοις[1] δὲ αἱ ἀποστάσιες γίνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα καὶ ἐκπυοῦσιν ἢ εἰς τὰ κάτω χωρία ἢ συριγγοῦνται, οὗτοι περιγίνονται. ὅπου τῷ ῥήματι συριγγοῦνται κέχρηται πρὸς τὸ σημαίνεσθαι τὰς προμήκεις κοιλότητας ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν γινομένας ὁμοίας τοῖς τῶν μουσικῶν ὀργάνοις, ἅπερ σύριγγας ἅπαντες ὀνομάζουσιν. ὑπὸ δὲ τούτων, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἡ περιουσία τῶν χυμῶν τῶν ἐν τῷ τοῦ ζώου σώματι ἠθροισθέντων ἐκκαθαίρεται. καὶ πολλοὶ καθάπερ τῇ ἐκκρίσει τῶν αἱμοῤῥοΐδων διὰ τὴν ταύτην κένωσιν ὑγιαίνουσιν. ὥσπερ οὖν οὐ χρὴ παρέργως καὶ ἄνευ μεγάλης προνοίας θεραπεύεσθαι τὰς αἱμοῤῥοΐδας, οὕτως οὐδὲ τὰς σύριγγας. ἀνάγκη γὰρ τὴν ἐπίσχεσιν τῶν χυμῶν πόνους καὶ νόσους ἐργάζεσθαι καὶ τοιαῦται οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ πλεονάζοντες χυμοί. οὐκοῦν ἀλόγως εἶπε τὰς σύριγγας εἶναι τῶν ἑτέρων παθημάτων ἄκος, ὡς καὶ περὶ αἱμοῤῥοΐδων εἶπε, μήτε περι-

1. l. II. prognoſt. LXIV.

hanc porro ſignificationem hoc nomen accepit Hippocrates alio in loco, quum ait: *quibus ex pulmonis inflammatione abſceſſus circa aures fiunt et in partibus infernis ſuppurantur, ac fiſtulam efficiunt, ii ſaneſcunt.* Quo in loco verbo συριγγοῦνται, hoc eſt fiſtulam efficiunt, uſus eſt, ut oblongas cavitates ſignificaret, in corporibus animantium exortas quae muſicis inſtrumentis quae fiſtulae ab omnibus appellantur ſimiles ſunt; ab his enim, ſicut etiam ab haemorrhoidibus redundantia humorum in corpore animantis collectorum expurgatur, ac plerique non ſecus quam ex haemorrhoidum excretione hujus evacuationis beneficio integra valetudine perfruuntur. Ut igitur neque oſcitanter neque ſine magna diligentia curare haemorrhoidas oportet, ita ne fiſtulas quidem: neceſſe enim eſt ut humores ſuppreſſi et dolores et morbos pariant, eosque ejusmodi, cujusmodi ſint humores qui redundent; non igitur alienum a ratione eſt quod dixit, fiſtulas eſſe aliorum morborum remedia, ſicut de haemorrhoidibus loquens

Ed. Chart. VIII. [578.]

πνευμονίᾳ, μήτε πλευρίτιδι, μήτε τοῖς λοιπαῖς νόσοις ἁλίσκεσθαι τοὺς ἔχοντας αὐτάς.

κθ'.

Ὅσα πέφυκεν ἐπιφαινόμενα παύειν, ῥύεται τούτων προγενόμενα κωλύματα, ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι.

Καθάπερ[1] τὰ παρὰ τῷ παλαιῷ καλῶς γεγραμμένα καὶ σὺν ἀποδείξει πολλάκις καὶ σαφηνείᾳ καὶ τοῖς διορισμοῖς προσήκουσιν, ἔχει διδασκαλίας ὠφελούσας, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖνα διδάσκειν δύναται τὰ οὕτως ἐσπαρμένα, καθάπερ πολλὰ τῶν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ εὑρισκόμενα. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστι πεῖσαι τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ὑπέρχεσθαι μὲν σαφῆ τῶν γραμμάτων μόνα, καταλιπεῖν δὲ τοῖς γράψασι τὰ μὴ τοιαῦτα. δίκαιον γὰρ ἐγὼ εἶναι ἡγοῦμαι, εἰ μηδεμίαν ἐκεῖνοι φροντίδα τοῦ γινώσκειν ἡμᾶς ἃ γεγράφασιν ἐποιήσαντο.

1. de rat. vict. 113.

affirmavit, eos in quibus illae essent neque lateris dolore, neque pulmonis inflammatione, neque ceteris corripi morbis posse.

XXIX.

Quae sedare consueverunt quum postea apparent, ea prius oborientia impedimenta ab iis liberant; aliis autem societates.

Quemadmodum quae ab Hippocrate sunt literarum monumentis recte ac saepe cum demonstratione, perspicuitate et opportunis distinctionibus consignata utilem nobis doctrinam afferunt, ita nihil docere nos possunt illa quae ita disjuncta dissolutaque sunt, ut multa eorum quae in hoc libro comperiuntur, et tamen plerisque hominibus suaderi non potest ut ea sola scripta quae clara sunt perlegant, quae vero non sunt hujusmodi, ea relinquant iis qui ea conscripserunt. Si enim nullam illi curam im-

Ed. Chart. VIII. [578.]

μήτε ἡμᾶς λιπαρῶς προσκεῖσθαι, ζητοῦντάς τε καὶ καταμαντευομένους ὧν λέγουσιν. ἐκεῖνα μὲν εὐκαταφρόνητα[1] μὴ εἰς σμικρὰ, ὅσα περὶ τὴν λέξιν ἀμφισβήτησιν ἔχει, τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας φυλαττομένης. ἐὰν δὲ[2] κἀκεῖνα κινῆται, φευκτέον ἡμῖν ἐστι τὰς γραφὰς τοιαύτας. οὐχ ἡγητέον δὲ τὸν Ἱπποκράτην ἔνοχον εἶναι καὶ αἴτιον τῆς παρούσης δυσκολίας, ὥσπερ οὐδὲ πολλῶν ἄλλων, ἃς ἐν τοῖς γράμμασιν αὐτοῦ ἐξευρίσκομεν, ἀλλὰ τοὺς βιβλιογράφους, οἵπερ μὴ συνιέντες τὴν ἔννοιαν τῶν ῥητῶν, μήτε τῆς τέχνης τρίβονες, ἄλλα ἀντ' ἄλλων γράφουσι πολλάκις, ἅπερ οὐδὲ συνέχειαν, οὐδὲ ἔννοιάν τινα δοκοῦσιν ἔχειν. ἐν γὰρ τῇ προκειμένῃ ῥήσει θαυμαστόν ἐστιν ἰδεῖν τὴν τῶν ἐξηγητῶν ἁπάντων διαφωνίαν καὶ ταύτην μὴ μόνον κατὰ τὴν γραφὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἔννοιαν. Διοσκορίδης μὲν γὰρ οἴεται κἀνταῦθα λόγον εἶναι περὶ αἱμοῤῥοΐδων καὶ λέγειν τὸν ἰατρὸν

1. Corr. in marg. ἐκεῖνα μέντοι καταφρόνητα. 2. Corr. add. δέ.

penderunt, ut nos ea quae ipsi scripserunt intelligeremus; par etiam esse censeo, ut neque nos in studio tum perquirendi tum divinandi quae ab ipsis dicantur diligenter versemur, quamquam illa contemnenda et parvi plane momenti sunt quae de verbis servata rerum veritate disputantur. Si vero res evertantur, hujusmodi quoque scripturae nobis fugiendae sunt. Sed tamen non debemus existimare hujus culpae affinem esse Hippocratem, neque hujus difficultatis auctorem; sicut neque etiam aliarum multarum quas in ejus libris invenimus, sed potius librarios, qui quum verborum sententiam non intelligant, neque artis medicae sint periti, alia pro aliis saepe describant quae neque conjuncta inter se sint neque ullam habere sententiam videantur. Etenim in his verbis quae modo sunt in manibus admirabile est omnium interpretum varietatem, quae non solum in scriptura verborum, sed etiam in sensu versatur intueri. Dioscorides enim putat hoc loco verba fieri de haemorrhoidibus, ut Hippocrates

Ed. Chart. VIII. [578. 579.]

εἰκὸς καὶ ἀληθὲς εἶναι, εἰ διὰ τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἔκκρισις ἐπιφαινομένη λύει τὰ προειρημένα πάθη, εἶναι καὶ τοῦτο ἀληθὲς αὐτὴν προγενομένην κωλύειν, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάθη συνιστῶσι, καὶ ἀκούει τὰ ἐπιφαινόμενα ἀντὶ τοῦ ἐπιφαινομένη, τουτέστιν ἡ αἱμοῤῥοῒς, οὕτω δὲ καὶ προγινόμεναι. τὸ δὲ ῥῆμα τὸ ῥύεται οὐ γράφει αὐτὸς, ἀλλὰ μεταβάλλει εἰς τὸ κωλύεται. τἄλλα δὲ ἃ ἐφεξῆς οὐκ ἔχειν δοκεῖ. Ἀρτεμίδωρος δὲ οὐκ οἶδ᾽ ἔγωγε τί θέλει· λέγει γὰρ πολλὰ οὕτω συγκεχυμένα καὶ ἀνάρμοστα καὶ ἀλλόκοια, ὡς μηδὲ αὐτὸν εἰδέναι τί τῶν ἐκείνων κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν. φησὶ μὲν κελεύειν Ἱπποκράτην πειρατέον εἶναι ὡς τὰ ἐπιφαινόμενα, τουτέστιν ὅσα ἐπὶ νοσήματί τινι φαίνονται, ἐπειδὰν συστῇ παύωμεν. ἔτι δὲ λύομεν τὰ πρότερον γεγενημένα καὶ διαστρέφει παντάπασι τὴν λέξιν, πολλά τε προστίθησιν, ἅπερ, ὡς εἶπον, ἄγνωστα πᾶσιν ὄντα τυγχάνει. Σαβῖνος δὲ τὴν ῥῆσιν ἔχει τόνδε τὸν τρόπον, σκέψις μὲν ἐφ᾽ οἷσι ἐπιγινό-

dicat, verisimile et verum etiam esse, si excretio per haemorrhoidas superveniens solvit morbos de quibus dictum est; hoc quoque verum esse, eandem, si prius fiat, impedire ne illi morbi oriantur; et verbum ἐπιφαινόμενα, acuta antepenultima pro ἐπιφαινομένα cum tono in penultima intelligit, ut sit superveniens haemorrhois; sic etiam illud προγενόμενα, i. e. prius fit, ipseque verbum *liberant* non scribit, sed mutat in verbum *prohibet*, ac cetera quae sequuntur habere non videtur. [579] Artemidorus autem quid sibi velit nec vivam si scio; multa enim ita confusa itaque absurda et aliena affert, ut ne ipse quidem, ut mea fert opinio, quidquam illorum intelligat. Ait autem jubere Hippocratem dandam nobis esse operam ut quae post apparent, hoc est quae post morbum aliquem apparent, postquam constiterint, sedemus; deinde vero expellamus ea quae prius facta fuerint et sententiam omnino distorquet, multaque adjicit quae, ut dicebam, ignota sunt omnibus. Sabinus verba ita scripta habuit: considerandum in quibus facta liberat; alii vero in libris

Ed. Chart. VIII. [579.]

μενα ῥύεται. ἄλλοι δὲ ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς ἐδάφοις γεγράφθαι οὕτω φασὶ, σκῆψις μὲν ἐφ' οἷσιν ἐπιγενόμενα ῥύεται, τούτων προγενομένων κωλύει καὶ τὴν σκῆψιν ἀκούειν ἐπὶ τῆς ἀποσκήψιος εἰρῆσθαι. ὡς[1] λέγειν Ἱπποκράτην, ἐφ' αἷς νόσοις γινόμεναι ἀποσκήψεις λύειν δύνανται τὰς νόσους. εἰ προγεγένηντο τούτων, κωλύει γενέσθαι. εἰ δὲ γράφεις μὴ[2] τὸ σκῆψις, ἀλλὰ σκέψις, δυνατὸν ἔσται οὕτως ἀκούειν τῆς ῥήσεως, ἵνα λέγῃ, σκεπτέον πάντα ἐφ' οἷς γενόμενα ῥύεται. καὶ ἰστέον ὅτι εἰ ταῦτα πρότερον γένηται, κωλύει γενέσθαι αὐτά. ὡς εἶναι συμβουλευτικὸν παράγγελμα καὶ προσέτι εἰς τὴν θεραπείαν συντελεῖν, ἵνα προγενομένων τοιούτων τινῶν, ἃ κωλύειν ἐσόμενα νοσήματα πέφυκε, μὴ θεραπεύσῃς ἂν πρὶν τὴν ὠφέλειαν παρέχειν. καὶ ἴσως ἡ παλαιὰ γραφὴ οὕτως εἶχεν, ἔπειτα δὲ σφαλέντος τοῦ πρώτου γράψαντος βιβλιογράφου ἡ τῶν ἐξηγητῶν διαφωνία τε καὶ τῆς ῥήσεως ἀσάφεια παρείπετο.

---

1. Corr. ὡς pro πῶς. 2. Corr. add. μή.

antiquiſſimis ita fuiſſe ſcriptum atteſtantur: σκῆψις in quibus facta ſolvit, in eis eadem antea facta prohibet, et σκῆψιν pro abſceſſu intelligunt, ut ſit haec Hippocratis ſententia. In quibus morbis abſceſſus qui fiunt poſſunt morbos ſolvere, ſi prius fiant, prohibent ne morbi poſtea ſint. Si vero ſcribas non σκῆψις, ſed σκέψις, ita hanc ſententiam poteris accipere ut dicat conſideranda eſſe omnia, in quibus quae fiunt liberent; ac ſciendum, ſi haec prius fiant, prohibere ne illa oriantur, ut hoc praeceptum ſit ad conſilium dandum accommodatum et inſuper ad curationem valeat, ut quum talia quaedam quae prohibere futuros morbos poſſunt ante morbos facta ſint, ea non cures prius quam uſum praeſtiterint utilitatemque attulerint, ac fortaſſe vetus haec ſcriptura fuit, deinde vero quum primus librarius erraviſſet, inde et interpretum diſcordia et ſententiae obſcuritas eſt conſequuta.

Ed. Chart. VIII. [579.]

λ'.

Οἱ ὕποπτοι τόποι ὑποδεξάμενοι πόνῳ ἢ βάρει ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται, ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι.

Τέσσαρές εἰσιν αἱ φυσικαὶ δυνάμεις ἐν[1] τῷ σώματι ἡμῶν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἐδείχθη. πρώτη μὲν ἑλκτικὴ, δευτέρα δὲ καθεκτικὴ, τρίτη ἀποκριτικὴ καὶ τετάρτη ἀλλοιωτική. ὡς δὲ πᾶν μόριον δύναμιν ἔχει τὴν τῶν οἰκείων ἑλκτικὴν, οὕτω καὶ τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικήν. τὸ δ' ἀλλότριον διττόν ἐστι· τὸ μὲν τῷ ποσῷ, τῷ δὲ τῷ ποιῷ. οὐ πᾶν δὲ μόριον ὁμοίως διάκειται πρὸς τὴν ἀποδοχὴν τῶν εἰσρεόντων καὶ ἀπόκρισιν τῶν ἐνοχλούντων, ἀλλὰ αἱ σάρκες τε καὶ οἱ ἀδένες τὰς μὲν ἄλλας τρεῖς δυνάμεις ἀσθενεστέρας ἔχουσι· τὴν ἀλλοιωτικὴν δὲ μόνην οὐ πολλῷ μείω τῶν ἄλλων μορίων. ἐπὶ δὲ τοῖς ἀδένεσιν ὁ πνεύμων, ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ χαῦνόν ἐστι καὶ ἀσθενεῖς ἔχει τὰς τρεῖς δυνάμεις, ἑτοιμότατός ἐστι δέ-

1. *Corr.* add. ἐν.

XXX.

Sufpecti ad excipiendum loci aut dolore aut gravitate aut ob aliud quiddam liberant aut aliis focietates.

Quatuor funt in noftro corpore naturales facultates, ut in commentariis de facultatibus naturalibus demonftratum eft; prima eft attractrix, fecunda retentrix, tertia expultrix, quarta alteratrix. Ut enim quaelibet pars vim habet quae funt ei propria attrahendi, fic etiam aliena excernendi; duplex autem eft id quod alienum eft tum quantitate tum qualitate, non omnis tamen particula eodem modo affecta eft ad ea quae irruunt excipienda et ad ea quae infeftant rejicienda, fed carnes ac glandulae quum alias tres facultates habent imbecillas, tum vero folam alterantem haud ita multo ceteris partibus minorem poffident; poft glandulas fequitur pulmo, qui quoniam corpus laxum habet et tres facultates infirmas, ideo eft

ξασθαι τὸ ῥεῦμα. εἶθ' ἑξῆς ὁ σπλὴν, ἐγκέφαλος δὲ ἢ ὁμοίως τούτοις ἢ καὶ μᾶλλον ἐπιτήδειος τὸ ῥεῦμα δέξασθαι. ἀλλὰ διαφέρει αὐτῶν εἰς τὴν ἀπόκρισιν τῶν ὑποδεχομένων, ὅτι μεγάλας ἔχει κοιλίας, αἳ κατὰ τοὺς κατάντεις πόρους ἐκκενοῦνται. διὸ εἴδομεν πολλάκις εἰς τοὺς ἀδένας καὶ τὰς σάρκας καταβαίνεσθαι τὰ ῥεύματα οἷς ἂν ταῦτα τὰ ὄργανά ἐστι φύσει τοῦ σαρκώδους γένους ῥωμαλεώτερα, τουτέστιν ὁ πνεύμων καὶ ὁ σπλὴν καὶ ὁ ἐγκέφαλος. τοῦτο δὲ αἴτιόν ἐστιν, ὡς κἂν μὴ βαρύνοιτό τι μόριον ὑπὸ τῶν κατὰ αὐτὸ χυμῶν, ἀλλὰ ὅμως δύνηται ὑπὸ τῶν ἐκ τῶν ἄλλων μορίων ἐκρεόντων βαρύνεσθαι. καὶ εἰ ἴσχει τινὰ περιττώματα κατὰ τὴν ποιότητα παρὰ φύσιν ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν ὁρμᾷν αὐτῶν διὰ τῶν ἐν αὐτῷ φλεβῶν ὥσπερ δι' ὀχετῶν. εἰ δὲ τὸ εἰσρέον αἷμα μοχθηρὸν εἴ εἴτ' ἄλλος χυμὸς, τότε ἀνάγκη εἴς τι τῶν πλησίον ἀφικέσθαι μορίων αὐτόν. ἐπειδὰν δὲ ἐκεῖ καταστῇ, ἢ πεφθήσεται ἢ διαφθαρεῖται ἢ μηδὲν τούτων ποιηθήσεται, ἀλλὰ εἰς ἕτερόν τι μόριον συμβήσεται αὐτῷ με-

fluxioni excipiendae promptiſſimus; deinde lien, tum cerebrum vel aeque ut illi vel etiam magis aptum ad excipiendam fluxionem. Sed ad ea quae excepit ejicienda, hoc illis praeſtat, quod magnos ventriculos habet qui declivibus meatibus evacuantur; quocirca videmus perſaepe in glandulas et carnes comportari fluxiones in iis in quibus haec inſtrumenta, hoc eſt pulmo, lien et cerebrum ſunt carnoſo genere robuſtiora: haec cauſa fecit ut licet aliqua pars non gravetur ab iis humoribus qui in ipſa continentur, ab iis tamen qui ex aliis partibus in ipſam irruunt gravari plane queat; ac ſi excrementa quaedam habeat in qualitate praeter naturam, ad eorum excretionem per venas quae in ipſo ſunt ceu per canales inſurgat. Si vero id quod influit pravus ſanguis ſit ſive alius humor, tunc neceſſe eſt ut in aliquam propinquam partem perveniat. Qui quum ibi conſtiterit, aut concoquetur aut corrumpetur aut neutrum horum fiet, ſed in aliam partem quampiam dilabetur; tum ex illa in aliam trans-

Ed. Chart. VIII. [579.]
ταῤῥεῖν, εἶτα ἐξ ἐκείνου πάλιν εἰς ἄλλο. καὶ τοῦτο γίνεσθαι ἀεὶ ἄχρι ἂν εἴς τι κατασκήψῃ τοιοῦτον ὃ μηκέτι εἰς ἄλλο διώσασθαι δύνασθαι τὸ πλεονάζον ἐν αὐτῷ. ὅπερ εἴωθε συμβαίνειν μάλιστα ἐκείνοις τοῖς μορίοις, ἐν οἷς ἡ δύναμις ἀποκριτικὴ ἀσθενής ἐστι καὶ μᾶλλον εἰ τὰ πλησιάζοντά ἐστι ῥωμαλεώτερα. τότε γὰρ τὸ ἀσθενὲς μόριον οὐ δύναται ἀπώσασθαι τὸ λυποῦν εἰς τὰ πλησίον μὴ εἰσδεχόμενα διὰ τὴν ῥώμην αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀντιπέμπει τε καὶ ἀντωθεῖ, ὡς ἰσχυρότερα τυγχάνοντα. ἐξ ἄλλων μὲν οὖν τόπων εἰς ἄλλας γίνονται διαδοχαὶ τῶν χυμῶν, οἳ μεταφερόμενοι γεννᾷν τὰ νοσήματα πεφύκασι, διὰ πολλὰς δὲ αἰτίας τὰ νοσήματα τίκτουσιν. αὐτὸς δὲ πόνον καὶ βάρος λέγει. καὶ διὰ πόνον μὲν, ὅταν πονῇ τὸ μόριον, εἰς ὃ μεθιστάμενοι οἱ χυμοὶ κατασκήπτουσι. διὰ δὲ τὸ βάρος, ὅταν βαρυνόμενοι οὐ δύνανται ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ μέρους φέρεσθαι, καὶ οὕτω νόσος γεννᾶται. ἐνίοτε δὲ φάρμακον δριμὺ ἢ τρῖψις ἢ θερμασία τις ἔξωθεν ἐμπίπτουσα ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖ, ὥσπερ καὶ

fluet idque ſemper fiet uſque dum in aliquam hujusmodi decumbat, quae amplius in aliam propellere quod in ſua redundat non poſſit, quae res illis potiſſimum accidere partibus ſolet, quarum vis expellens imbecilla eſt, atque etiam magis, ſi vicinae partes robuſtiores ſint: tunc enim pars infirma repellere id quod moleſtum eſt in propinquas, quae propter virium robur illud non excipiunt, non poteſt; imo vero illae partes utpote robuſtiores id ipſum remittunt et contra repellunt. Itaque humores ex aliis locis in alia commigrant, qui translati gignere morbos ſolent; multis autem de cauſis morbos pariunt, ipſe vero dolorem ac gravitatem memoravit, ac propter dolorem morbi fiunt, quum membrum dolore conflictatur, in quod commigrantes humores decumbunt, propter gravitatem vero quum humores gravantes ferri ab ipſa particula non poſſunt, atque ita quidem morbus generatur. Interdum vero idem facit medicamentum acre aut frictio aut calor quis foris adveniens, ſicut etiam vehementes quaedam

σφοδραί τινες τῆς ψυχῆς κινήσεις, ὡς ὀργὴ καὶ φόβος, αἰτίαν τούτου παρέχειν δοκοῦσι· γίνονται μέντοι καὶ διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως τῶν μορίων αἱ μεταστάσεις, ὡς ἴσμεν κοινωνίαν εἶναι τῶν τιτθῶν πρὸς τὴν μήτραν. ὅθεν ἐν τῷ * * τῶν ἐπιδημιῶν[1] εὑρήσεις γεγραμμένον· ἢν τῶν μασθῶν αἱ θηλαὶ καὶ τὸ ἐρυθρὸν χλωρὸν εἴη, νοσῶδες τὸ ἄγκος· καὶ εἰκότως γε οἱ τιτθοὶ ὑστέρᾳ συμπάσχουσιν. ἡ φύσις γὰρ ἀμφότερα τὰ μόρια εἰς ἑνὸς ἔργου ὑπηρεσίαν παρεσκεύασε. διὸ συνῆψεν αὐτὰ διὰ τῶν ἀγγείων καὶ φλέβας τε καὶ ἀρτηρίας εἰς ὑποχόνδρια καὶ τὸ σύμπαν ὑπογάστριον ἤγαγε. κἄπειτα συνῆψε τοῖς ἀπὸ τῶν κάτω μερῶν ἀναφερομένοις, ἀφ' ὧν ἐπί τε μήτραν καὶ ὄρχεων ἀφικνοῦνται φλέβες. αὕτη δὲ ἡ κοινωνία διὰ τῶν ἀγγείων τούτων ἐγεννήθη, ἵνα, ὅταν μὲν ἐν ταῖς μήτραις αὐξάνηται καὶ διαπλάττηται τὸ ἔμβρυον, ἐκεῖνο μόνον[2] τῶν ἐξ ἀμφοτέρων ἐκεῖναι φλέβες[3] ἐπάρδωσι τροφὴν, ὅταν δὲ ἀποκυηθὲν ᾖ,

1. l. V. in VI. epid. XVIII. 2. Corr. ἐκείνῳ μόνῳ.
3. Corr. in marg. inquit, in codice ἀμφοτέρων ἐκεῖνα δὲ φλέβες. fortaffis ἀμφοτέρων ἐκεῖ ἵνα δὲ φλέβες.

animi motiones, ut iracundia et metus eandem afferre caufam videntur. Fiunt etiam hae migrationes propter naturae membrorum communionem, ut fcimus inter mammas et uterum communionem intercedere; quocirca in fexto de vulgaribus morbis ita fcriptum comperies: *fi papillae mammarum et rubrum earum pallidum fit, vafculum aegrotat*; ac merito quidem affecto utero fimul etiam mammae quid patiuntur; fiquidem natura ambas has partes ad unius operis minifterium eft machinata, ideo ipfas per vafa conjunxit et venas atque arterias in hypochondria totumque hypogaftrium deduxit, deinde iis quae a partibus infernis furfum feruntur conjunxit, a quibus venae ad uterum fcrotumque perveniunt. Haec autem communio per haec vafa facta eft, ut quum foetus in utero augeretur ac conformaretur, communes venae illi foli ab utrisque alimentum affunderent, quum vero in lucem edi-

Ed. Chart. VIII. [579.]
τῆς τιτθῆς αὖθις ἐπιῤῥεῖ σύμπασα. νῦν δὲ ὥσπερ κοινωνία τίς ἐστι ταῖς ὑστέραις πρὸς τοὺς τιτθοὺς, οὕτως εἴς τε τὸν ἀριστερὸν ὄρχιν καὶ τὴν ἀριστερὰν μήτραν ἐμβαίνουσιν ἀγγεῖα ἀπὸ τῶν εἰς τὸ κατ' εὐθὺ νεφρῶν ἐμπεφυκότα καὶ ὄρχεις ποτὲ διὰ τὴν βῆχα οἰδήσας· τεκμήριόν ἐστι τῆς κοινωνίας αυτῷ πρὸς τὸ στῆθος, μαζοὺς, γονὴν καὶ ὑστέραν καὶ τῷ στόματι τῆς κοιλίας πρὸς τὴν καρδίαν. ὅθεν[1] οἱ παλαιοὶ τὸ στόμα αὐτὸ καρδίαν ὠνόμαζον ἀφ' ὧν συμπτωμάτων, ὧν ἐπιφέρει. οὐ γὰρ μόνον ὡς καρδιακαῖς συγκοπαῖς, οὕτω καὶ ταῖς στομαχικαῖς ἁλίσκονταί τινες, ἀλλὰ καὶ σπασμοῖς καὶ κάροις, ἐπιληψίαις τε καὶ μελαγχολίαις καὶ ταῦτα πάντα συμπασχόντων αὐτῷ μορίων ἑτέρων γίνεται. διὸ ἐδιδάξαμεν ἐν τοῖς περὶ τῶν πεπονθότων τόπων ὑπομνήμασι δεῖν ἡμᾶς προσέχειν ἀκριβῶς τὸν νοῦν τοῖς κατὰ συμπάθειαν ἐπ' αὐτῷ τῷ μέρει γινομένοις νοσήμασι περὶ οὗ ἂν μέρους ὁ λόγος ᾖ. καὶ χωρίζειν αὐτὰ τῶν κατὰ πρῶτον τῶν μερῶν λόγον γινομένοις, ὅπερ οὐκ

1. l. V. de loc. aff. VI.

tus ſit, rurſus totum alimentum mammis afflueret. Nunc vero ut inter uterum ac mammas ſocietas eſt, ſic in ſiniſtrum teſticulum et ſiniſtram uteri partem vaſa quaedam perveniunt quae in renem e directo ſitum inferuntur. Et teſticulus tumefactus in tuſſientibus indicat ei cum mammis, pectore, genitura et utero ſocietatem intercedere. Eſt etiam ori ventriculi cum corde ſocietas, quamobrem veteres os ipſius, ducto ab iis ſymptomatis quae inducere videntur nomine cor appellarunt; non enim ſolum ut ſyncopis cardiacis, ita et ſtomachicis quidam corripiuntur, ſed etiam convulſionibus, ſoporibus, morbis comitialibus et melancholicis, atque omnes hi affectus conſentientibus ei ceteris partibus in eo fiunt; quocirca in libris de locis affectis docuimus, nos adhibere animum accurate debere iis morbis qui per conſenſum in ea parte exoriuntur, de qua parte habeatur oratio, eosque diſtinguere ab illis qui prima ratione partium naſcuntur, quod non difficulter

εἶναι χαλεπὸν δοκεῖ τῷ ἀνδρὶ τετριμμένῳ περὶ τὰς διαγνώσεις, ἃς ἡμεῖς παρεδώκαμεν. ἰστέον δὲ ὅτι ἡ αὐτὴ ῥῆσις κἀν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν κατὰ τὸ τρίτον μέρος γέγραπται, ὥσπερ καὶ αἱ ἑξῆς πᾶσαι ἄχρι τοῦ τέλους, οὐ μὴν διὰ τῶν αὐτῶν ῥημάτων. ἄλλως γὰρ οἱ κατὰ τὸν Ῥοῦφον τὸν Ἐφέσιον, ἄλλως δὲ οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον καὶ ἄλλως πάλιν Ἀρτεμίδωρος, ὁ ἐπικληθεὶς Καπίτων, ἔγραψεν. ὁ μὲν γὰρ Ῥοῦφός φησιν οὕτω ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις εὑρίσκεσθαι, ἄλλου τόπου τόποι ὑποδεξάμενοι ἢ πόνῳ ἢ βάρει ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται καὶ τῆς ἑπομένης ῥήσεως ἀρχὴν ποιεῖ τήνδε· ἀλλ' οἷαι κοινωνίαι, ὡς ἐπ' ἄλλο εἶδος κοινωνίας αὐτῶν μετεληλυθέναι. οἱ δὲ περὶ Σαβῖνον ταῦτα συνάπτονται καὶ τῆς ἐρχομένης ῥήσεως ἀρχὴν ποιοῦσι τήνδε διὰ τὴν ῥοπήν. Ἀρτεμίδωρος δὲ πάλιν οὕτω γράφει· ἢ ἄλλοισι κατὰ τὰς κοινωνίας. ἡμεῖς δὲ τὴν ἔννοιαν ἤδη ἑρμηνευσάμενοι περὶ τῆς παλαιᾶς γραφῆς οὐδὲν πλέον ἔχομεν εἰπεῖν, διὸ πρὸς τὰ ἑξῆς μεταβαίνωμεν, ἵνα μηδὲν ἔχῃς ἄνευ τῆς

discernet is qui ſit in notionibus quas nos tradidimus diligenter verſatus. Scire autem convenit hanc ipſam dictionem eſſe in tertia libri ſexti de vulgaribus morbis parte conſcriptam, ut ſunt etiam ceterae omnes quae deinceps ad finem uſque conſequuntur, non tamen eisdem expreſſae verbis, nam Rufus aliter, aliter Sabinus, aliter denique Artemidorus, qui Capito [580] cognomento dicebatur conſcripſit. Rufus enim ſic in veteribus libris ſcriptam eſſe hanc ſententiam memorat: *alterius loci loca excipientia aut dolore aut gravitate aut alia re quadam liberantur*; et ſequentis orationis hoc eſſe initium vult: *diverſae ſocietates*, ut Hippocratem ad aliud ſocietatis genus pertranſiſſe intelligamus. Sabinus autem haec conjunxit omnia et ſequentis dictionis hoc principium fecit: *propter propenſionem.* Artemidorus rurſum ſic ſcribendum cenſuit: *aut aliis ſecundum ſocietates.* Nos vero cum jam ſententiam expoſuerimus, de vetere ſcriptura nihil amplius habemus quod afferamus; ideo ad ea quae ſequun-

Ed. Chart. VIII. [580.]

ἐξηγήσεως· οἶσθα γὰρ καὶ σὺ ὅτι ἐν τοῖς ἅπασι σχεδὸν τοῖς τοῦ Ἱπποκράτους βιβλίοις ἐπιμαθεῖν μὲν οὐδὲν ἔχουσιν οἱ μανθάνοντες τὴν τέχνην, ἔξωθεν ὧν ἐν ταῖς ἰατρικαῖς πραγματείαις ἔγραψα κατὰ διέξοδον σαφῶς, ὡς καὶ τοὺς ὀκνηρούς τε καὶ βραδεῖς τὴν διάνοιαν ἕπεσθαι τοῖς λεγομένοις. ᾐσχυνάμην ἂν ταῦτα λέγων, εἰ μὴ πρότερον ἅπαντα σχεδὸν τὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης τὰ χρήσιμα ἐγεγράφην, καὶ σὺ εἴδῃς ἐμὲ τἀληθῆ λέγειν.

λα'.

Διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ χυμοῦ τὴν συγγένειαν τοιαῦτα πτύουσι.

Τὸ[1] αἷμα διά τε πολλὰς αἰτίας ῥεῖ καὶ διὰ πολλῶν τόπων ἐκκρίνεται. τμηθείσης δὲ φλεβὸς τοῦτο μὲν πρῶτον συμβαίνει καὶ τῆς ἀρτηρίας ἀναστομωθείσης· λεπτὸν γὰρ τότε καὶ ξανθὸν αἷμα ἐξακοντίζεται. εἴπερ συστάντος ἀνευ-

1. de humor. XI.

tur transibimus, ut nihil non explicatum habeas. Nosti enim tu quoque, in omnibus fere Hippocratis libris nihil esse quod perdiscere queant illi qui artis percipiendae studio ducuntur, praeter ea quae ego fusa et perpetua oratione in medicis lucubrationibus exposui, ut etiam qui hebeti tardoque ingenio sunt, assequi ea quae dicuntur possint; puderet autem me haec dicere, nisi prius quae ad medicam artem accommodata sunt omnia fere pertractassem, actu me verum dicere plane scires.

XXXI.

Ob inclinationem non amplius sanguis prodit, sed juxta humoris cognationem talia inspuunt.

Sanguis multis de causis fluit et per multa loca excernitur, nasu et secta vena hoc primum evenit et item arteria reserata; tunc enim tenuem flavumque sanguinem tenui multoque spiritui commixtum arteria ejaculatur, si

Ed. Chart. VIII. [580.]
ρίσματος τρωθῇ[1] πνεύματι λεπτῷ καὶ πολλῷ συμμιγές, ἔστι δὲ καὶ θερμότερον τοῦ κατὰ τὰς φλέβας, ἔστι δὲ καὶ ἡ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγία, καθ' ἣν οἶδάς ποτε ἡμᾶς πω[2] εἰρηκέναι ὅτι ἐξ ἀριστεροῦ μυκτῆρος ῥυήσεται αὐθήμαρ τὸ αἷμα, καὶ γεγονὸς τοῦτο ἐθαυμάζετο ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν τότε παρόντων. οὐκ ἦν δὲ χαλεπὸν τοῦτο προγινώσκειν. τοῖς μέντοι πολλοῖς τῶν ἰατρῶν οὐ μόνον χαλεπὸν, ἀλλὰ οὐδὲ δυνατὸν ὅλως εἶναι δοκεῖ, μὴ δυναμένοις δύο ταῦτα σκέπτεσθαι, τό τε ὅθεν ἡ ὁρμὴ τῆς φύσεως καὶ τὸ ποῦ, ἵνα συνεργήσωμεν ταῖς ἐλλείψεσι καὶ κωλύσωμεν τὰς ἀμέτρως γινομένας φοράς. διὸ ἡμεῖς ποτὲ μὲν ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος, ποτὲ δὲ ἐξ ἀριστεροῦ ῥύσασθαι τὸ αἷμα ἐπιστημονικῶς εἰρήκαμεν. ὅτι μὲν ἐκ τοῦ στομάχου καὶ τῆς γαστρὸς ἐμεῖται τὸ αἷμα ὡμολόγηταί πως τοῖς ἰατροῖς· καὶ μετὰ μὲν βηχὸς ἐκ τῶν ὀργάνων ἀναπνευστικῶν ἀνάγεται, ἀποπτύεται δὲ ὥσπερ ἐκ τοῦ στόματος ἁπλῶς ἐκ τῶν κατὰ γαργαρεῶνα καὶ φάρυγγα χρεμπτομένης. ἀλλὰ κατὰ διά-

1. *Corr.* τρωθῇ pro τροφῇ. 2. *Corr.* add. πω.

contracto jam aneuryſmate ſit convulnerata, iisque ſanguis eſt eo qui venis continetur calidior. Jam vero e naribus quoque ſanguis prorumpit; qua in re ſcis, me quandoque praedixiſſe ſanguinem eo die e dextra nare proruptur um, quod quum eſſet factum, ceteri medici qui aderant hoc magnopere admirabantur nec tamen erat difficile id praeſagire et tamen plerisque medicis non modo difficile, ſed ne fieri quidem poſſe videbatur, quippe qui haec duo conſiderare non poſſent, et unde naturae motus agatur et quam in partem, ut quae deficiunt adjuvemus et quae immoderate feruntur coerceamus; quae res fecit ut nos modo ex dextra, modo e ſiniſtra nare fluxurum eſſe ſanguinem, certa veraque ſcientia praedixerimus. Ceterum ex gula ac ſtomacho ſanguinem vomitu rejectari fere inter medicos conſtat, ſicut cum tuſſi ex organis reſpirationis rejici ſolet, atque ut ex ore ſimplici exſpuitione, ſic ex faucibus et ſcreatu expellitur; eroſa et jam

Ed. Chart. VIII. [580.]

βρωσιν γίνονται πολλάκις αἱ τοῦ αἵματος ἀνοφοραὶ ἀθρόαι μετὰ βηχὸς, ὅταν ἐμπεσόντος τινὸς τῷ θώρακι βάρους αἱμοῤῥαγία πολλὴ ἅμα βηχὶ γίνεται. εἰ δὲ ἀφρῶδές τι συνεπτύσθη, σημεῖον ἔσται τῆς ἐκ τοῦ πνεύμονος[1] ἀναγωγῆς, ἣν οἱ ἄριστοι τῶν ἰατρῶν ἢ ἀθεράπευτον ἢ καὶ δυσθεράπευτον εἶναί φασι. κατὰ δὲ τὸν θώρακα οὐκ ἄγαν δύσκολον κολλᾶσθαι[2] τὰ ἀγγεῖα ῥαγέντα, ἐφ' οἷς[3] ἔπτυσεν αἷμα. ὥσπερ ἐκ τοῦ θώρακος καὶ πνεύμονος πτύεται, οὕτω ἐκ τοῦ στομάχου καὶ γαστρὸς ἐμεῖται,[4] ἐκ νεφρῶν δὲ οὐρεῖται, ἐκ δὲ τῶν ἐντέρων διαχωρεῖται. πολλάκις δὲ τὸ αἷμα ἀπομύττεται, ἢν καὶ μὴ παρῇ ὀδύνη ἢ βάρος τῆς κεφαλῆς, μήτε πληγὴ αὐτόθι γένηται. σκεπτέον οὖν εἰ βδέλλη τις προσπεφυκυῖα τὴν τοῦ αἵματος ῥύσιν ἐργάζηται, ὡς καὶ ἐκ τῆς γαστρὸς ἐμεῖταί ποτε τὸ αἷμα βδέλλης καταποθείσης. οἶδα γὰρ ἐγὼ πολλοὺς τῶν ἰατρῶν ἀδυνατούντων διακρῖναι τὰς διαθέσεις, ἐφ' αἷς ἐκκρίσεις αἵματος γίνονται. ἡ μὲν γὰρ

1. Corr. πνεύμονος pro πνεύματος. 2. Corr. κολλᾶσθαι pro πολλάς τε. 3. Corr. ἐφ' οἷς pro εὐθύς. 4. Corr. ἐμεῖται pro αἱμεῖται.

vena perſaepe ſanguis affatim tuſſiendo ejicitur, ut quum aliquod grave pondus in thoracem ceciderit, copioſa fiat cum tuſſi ſanguinis profuſio. Si vero ſpumoſum quidpiam ſimul educatur, ſigno erit excretionem e pulmone fieri, quam medici optimi aut inſanabilem aut certe vix ſanabilem eſſe cenſuerunt, at in thorace non admodum difficile eſt diſrupta vaſa a quibus ſanguis exſpuitur conglutinare. Quemadmodum autem ſanguis ex thorace pulmoneque exſpuitur, ita ex gula ventriculoque evomitur, ex renibus mingitur, ex inteſtinis dejicitur. Saepe etiam a capite quaſi emungitur, licet neque dolor adſit, neque gravitas caput vexet, neque plaga ibi ſit accepta. Conſiderandum igitur eſt utrum hirudo aliqua illic adhaereat ac ſanguinis fluxum efficiat, ſicut etiam cruor epota hirudine ex ventriculo interdum evomitur. Ego enim multos medicos novi qui affectiones eas in quibus ſanguis excernitur dignoſcere ac diſtinguere non valerent, at quae ex haemor-

ἀπὸ τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἔκκρισις οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς κάμνοντας λανθάνει, τῶν δὲ ἄνωθεν ἐπὶ τὴν ἕδραν ἀφικνουμένων αἱματωδῶν· ἔνια μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς ἥκει, τινὰ δὲ προηγήσατό τι τοιοῦτον, εἰ ἐξαίφνης αἷμα πολὺ διαχωρήσειεν, γινώσκεις ἀναστόμωσιν ἀγγείου γεγενημένην, ἥπατος δ' αὐτοῦ ἀῤῥωστοῦντος ὡς τὸ πολὺ οἷον κρεῶν πλύμμα[1] ἐκκρίνεται, ποτὲ μὲν αἷμα καθαρὸν οὐ πολὺ, ποτὲ δὲ καὶ μετὰ χολῆς ξανθῆς, ποτὲ δὲ καὶ οἷον τρὺξ αἵματος. νῦν δὲ οὐ χρὴ λέγειν ὡς ἐκ τῆς μήτρας τε καὶ ἄλλων μορίων τινῶν ῥεῖ καὶ πῶς ἐπὶ κακῷ ἐν τοῖς μὴ διαλείπουσι πυρετοῖς. τοῦτο γὰρ αὐτὰς εἶπε διὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν· αἱ[2] ἀποχρέμψιες ἐν τοῖς πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες καὶ χολώδεες πᾶσαι κακαί. ἐπειδὴ γοῦν ἐκ πολλῶν τόπων ἐκκρίνεται τὸ αἷμα, εἰ μὲν διὰ ῥινῶν ἢ ἐκ τῆς γαστρὸς ἢ ἀπὸ κεφαλῆς ἢ μήτρας ἢ ἥπατος ἢ νεφρῶν ἢ κύστεως τρωθείσης ἢ ἄλλου τινὸς μορίου τμηθέντος ἢ ἀγγείου ῥαγέντος ἢ ἄλλως κακοπρα-

1. *Corr.* πλύμμα pro πλῆμα. 2. l. II, aph. XLVII.

rhoidibus fit, ne aegrotos quidem latet; cruenta vero quae desuper ad sedem deferuntur, alia statim a principio veniunt; alia ubi tale aliquid praecesserit. Si repente multum sanguinis dejicitur, adapertum esse vasis osculum cognosces, ex jecoris autem infirmitate, ac plurimum velut carnium dilutum excernitur ac quandoque purus sanguis non multus, quandoque cum flava bile commixtus, quandoque velut fex sanguinis. Nunc vero minime opus est exponere sanguinem quoque ex utero et aliis quibusdam partibus fluere et quomodo malo consulendum sit, si in febribus non intermittentibus prodeat, id enim ipse docuit, quum ita scriptum reliquit: *exscreationes in febribus non intermittentibus lividae, cruentae, foetidae, biliosae, omnes malae.* Quum igitur sanguis ex multis locis excernatur, si per nares aut ex ventriculo aut a capite aut ab utero aut a sede aut a jecore aut a renibus aut a vesica vulnerata aut alia parte quadam incisa aut vase

Ed. Chart. VIII. [580.]
γοῦντος, ἐκκενούμενον ἐπὶ τὰ ἄλλα μόρια ῥέπει, δῆλόν ἐστιν ὅτι οὐκέτι ἐκκενοῦται διὰ τοῦ πρόσθεν χωρίου, ὥσπερ εἰ[1] ἐκ τοῦ ἥπατος εἰς τοὺς νεφροὺς ἐκκενοῦται καὶ τρέπεται εἰς τὸν θώρακα ἢ καὶ εἰς τὸν πνεύμονα. τότε γὰρ οὔτε οὐρεῖται οὔτε διαχωρεῖται, ἀλλὰ πτύεσθαι πέφυκε, καὶ εἰ φλεγματικὸς ὁ χυμὸς εἴ, ἀφρῶδες τὸ αἷμα ἔσται, εἰ δὲ χολώδης, ὠχρὸν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν κατὰ τὴν τοῦ χυμοῦ συγγένειαν. ἄλλοι δὲ τὴν ῥοπὴν εἰς τροπὴν τρέπουσι, βουλόμενοι τρέπεσθαι τὸ αἷμα πολυειδῶς ὡς ἐπὶ τὸ μελαγχολικὸν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πικρόχολον καὶ ἐπὶ τὸ φλεγματικὸν, ὡς καὶ ἐπὶ τὸ ἐρυθρὸν, ὅτε μεῖζόν ἐστι τοῦ αἵματος καθαροῦ ἢ τῶν ἄλλων χυμῶν μοῖρα. εἰ μὲν οὖν γραφὴ τοιαύτη εἴη, ἔσται ἀληθὲς ὃ λέγουσι καὶ οἰκεῖον τῇ τοῦ Ἱπποκράτους γνώμῃ· πτύουσι γὰρ πολλάκις τοιαῦτα οἱ κάμνοντες. καὶ ἐνίοτε οὐκ εὐπετὲς τοὺς χυμοὺς τοὺς ἐν τοῖς πτυέλοις συγκεχυμένους διακρίνειν, εἰ μή τις ἐν τοῖς τῆς τέχνης ἔργοις ᾖ πάνυ τετριμμένος.

1. *Corr.* add. εἰ.

rupto aut alio modo male affecto excretus ad alias partes repat. Planum eſt ipſum non jam per priorem locum evacuari, ut ſi ex jecore in renes evacuetur, tum in thoracem aut in pulmonem vertatur; nunc enim neque cum urina exit, neque per alvum ſecedit, ſed exſpui ſolet, ac ſi humor pituitoſus ſit, ſpumeus erit ſanguis, ſi bilioſus, tunc ſanguis flavus exibit et in aliis pro humoris affinitate continget. Alii vero nomen ῥοπὴν, hoc eſt *propenſionem* in τροπὴν, hoc eſt *verſionem* vertunt; quorum ſententia eſt, ſanguinem verti multis modis, ut in melancholicum, ut in bilioſum, ut in pituitoſum, ſicut in rubrum colorem, quum major eſt puri ſanguinis quam aliorum humorum copia. Si ita ſcriptum ſit, verum etiam erit quod ajunt et Hippocratis accommodatum ſententiae, ſiquidem aegroti exſpuunt talia perſaepe et interdum non ita facile eſt humores qui ſputis confuſi ſunt diſcernere, niſi quis ſit in arte exercenda diu multumque verſatus.

Ed. Chart. VIII. [580.]

λβ'.

Ἔστιν οἷσιν αἷμα ἀφίεσθαι ἐν καιρῷ ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισιν, ἐπ' ἄλλοισι δὲ, ὥσπερ ἐπὶ τοιούτοισιν, τοῦτο οὐκ εἰκός.

